

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Loci theologici

Hafenreffer, Matthias

Wittebergae, 1622

II. Locus. De Christo

[urn:nbn:de:bsz:31-122765](#)

I. LOCUS.

DE CHRI-
STO.

Dixisti DEU M elegisse nos in CHRISTO,
 ergo post locum Electionis proximum
 erit; ut de CHRISTO
 dicatur.

Proximum. Atq[ue] hic quidem omnium nostrum,
 qui à Christo nomen accepimus, summa diligen-
 tia & studium requiritur.

Ioan. 17, 3. Hac n. est vita eterna, ut cognoscant
 te SOLUM VERUM DEUM, & quem misisti
 IESUM CHRISTUM.

Vnde vocatur Christus?

Ab unctione. Nam Græci vocabulum Christus
 idem significat, quod Hebræi Messiah, unctum videli-
 get. Hinc quia in V.T. etiam Reges & Sacerdotes in of-
 ficii sui inauguratione, ungi solebant, & ipsi quoque
 Christi, hoc est, undi Domini appellari consueverunt.

Sed cur Salvatori hoc nomen tri-
 buitur?

Quia hic verus Rex & Sacerdos, per Reges & Sa-
 cerdotes V. T. adumbratus, non externo quidem, sed
 letitiae oleo & Spiritu sancto, adeoq[ue] plenitudine Di-
 vinitatis (qua Homo) unctionis est.

Act. 10, 38. Vos scitis, quomodo unxit Deus Iesum
 Spiritu sancto & virtute.

Quotuplex est unctionis Christi?

Duplex.

Altera, qua Christus seipsum unxit, oleo Deitatis

tis

E

tis sue sacratissimam carnem suam perfundens.

Colos. 2. 9. In Christo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

Altera, qua Deus Pater unxit Christum, ut hominem, oleo lœtitiae, hoc est, Spiritu sancto præ confortibus suis.

II.

Psalm. 45. 8. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lœtitiae, præ confortibus tuis.

Esaï. 11. 1. Egedietur virga, de radice Iesse, & virgultum de radice ejus ascendet, & requiescat super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiae & intelligentiae, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiae & timoris Domini erit in eo.

Esaï. 61. 1. Spiritus Domini Domini super me: et enim unxit me, ad Evangelizandum afflictis misit me, &c.

Datascens de Orthodoxia, Fide lib. 3. cap. 3. circa
Princip. Nomen Christus Hypostaseos personæque dicimus, non unimodè (*μονοτρόπως*) dictum, sed duarum Naturarum esse significativum. Ipse enim seipsum unxit, natus quidem, ut Deus, sua Deitate corpus: undctus autem ut homo. Nam ipse est hoc & illud: siquidem unicæ, Deitas humanitatis.

Quæ verba Commentator ibidem in hanc sententiam interpretatur: Sanctornu Patrum concordē sententia, Christus, nomen Hypostaseos est, & Persona duarum Naturarum designativum, divinæ scilicet & Humanæ. Hinc Christus neque solam exprimit divinitatem, neque solam humanitatem, sed utramque earum, in unicâ personâ Hypostaticè unitam. Idcirco dicit litera: Nomen Christus, non esse unimodè dictum, id est, de una Naturâ. Neque enim id nomen Christus, de sola dicitur Natura divisa, neque sola narrat Naturam humanam, sed utramque simul in uno supposito, unitam. Nam ipse CHRISTUS est hoc

est hoc & illud, utpote Homo & DEUS; prout nomen illud singulariter & unicè Domino nostro attribuitur; significatque ipsum unctum excellentissima & divina unctione, carnem scilicet ejus sacerfanciam, Deitatis oleo ineffabiliter perfusam: quæ sanè superdivina est unctio, & soli Domino nostro congruens. In qua divinitas est ungens, & sacratissima Christi humanitas unctum; ipsa quoque Divinitas unctio est; & ejus humanitas (secundum p̄sentem Auctoris sententiam) quod ungitur. Præter hanc & alia inventur unctionis ratio, in solo etiam Domino nostro locum habens: de qua Psal. 44. Propterea te unxit Deus, Deus tuus, oleo lætitiae, p̄æ Consolibus tuis. Vbi Pater cœlestis dicitur unxit Christum, ut hominem, Spiritu sancto, ibidem significatur oleum lætitiae, cum ipsum replevit exuperantissime Spiritus sancti charismatibus. Hæc ibi.

Quis est Christus?

Christus est Filius Dei æternus, in temporis plenitudine propter salutem nostram. Homo factus: adeoque in duabus Naturis, divina & humana, perfectus Deus & perfectus Homo existens, persona & Salvator unus. Verus & æternus Deus, ab æterno ex patre genitus: & verus Homo, è laudatissima virginie Maria natus.

Annè igitur λόγος ante Incarnationem non vocatur Christus?

Christi appellatio, nec soli Deo, nec soli Homini propriè competit, sed Deo incarnato. Nec enim sola caro intellecta dicitur Christus, quia ei adesset urgens divinitas. Nec solus Deus, Verbum, sicut fuit ante incarnationem, Christi nomen sortitur, quia non adesset unita humanitas. Sed ex utraq; natura unita Hypostasis, hoc nomine est nuncupanda.

GREGO-

GREGORIUS. Unctio enim ad humanitatem attinet.

Cyrillus ad Regem Theodosium: Oportere dico neque verbum, quod ex Deo absque humanitate, neque ex muliere natum, & templum non unitum verbo, Iesum Christum nominare. Nam humanitati secundum dispensativam unionem ineffabiliter coniunctum, quod ex DEO est Verbum, intelligitur Christus.

Idem ad Reginas. Quidam dicunt, quod nomen Christus convenit soli & propriis secundum ipsum intellecto & existenti ex Deo Patre genito Verbo. At nos non edocti sumus sic sentire, aut loqui. Nam quando Verbo caro factum est, tunc & ipsum nominatum dicimus, Christum Iesum. Quia profecto unus est oleo latitiae, id est, Spiritu sancto a Deo Patre: Et hoc quoque Christus nominatur. Quod autem unctio circa humanitatem sit, nequaquam dubitaverit quispiam eorum, qui recta sapere sunt consueti.

Athanasius de salutari adventu Christi, non prout ab initio: Certum est, verbum ante adventum, sicut in carne, hominem non fuisse, quippe qui Deus erat, apud DEUM invisibilis & imparibilis. Non igitur hoc nomen CHRISTUS absque carne alegatur: quoniam ad hanc vocem, & mors & passio consequuntur.

Attamen 1. Cor. 10. v. 9. legimus Israelitas in deserto tentasse Christum. Et Eph. 1. 4. Deum Patrem elegisse nos in Christo ante constitutionem mundi. Item Hebr. 13. v. 8. Iesus

Christus heri & hodiè, ipse & in
secula?

Ad utraq tempora, & quæ sacratissimam dominicam Incarnationem antecesserunt, & quæ eandem sunt consecuta, Scriptura Christi nomen propter tres potissimum causis accommodat.

B

Ad

I.

Ad unitatem & identitatem Hypostaseos verbi, & ante & post Incarnationem, designandam: quodq; non alius Deus & alius homo: secundam illud Servatoris, Iohann. 8. 58. Antequam Abram fieret, ego sum. Quod ipsum etiam per Syllogismum patet, qui ex medulla doctrinae unionis Personalis extruitur, in hunc modum:

Filius Dei est aeternus & ante secula.

Christus est Filius Dei. Ergo.

Christus est aeternus & ante secula,

Quatenus scilicet Deus est, & secundum Divinitatem, qua cum secundum Hypostasin, assumpta Caro unita est.

II.

Ad promissionis, de Messia adventu, immotam veritatem exprimendam. Licet enim ante Verbi Incarnationem non fuerit exhibita, assumptae humanitatis à Divinitate facta unctio: a qua sumptum & inditum est Christi nomen: fuit tamen à Deo prædefinita, prædeterminata, & non minori certitudine futura, atq; si completa fuisset. Sicut & Prophatarum oracula de rebus futuri, propter definitam certitudinem rerum s; e numero sub præteriti temporis ratione contexta sunt.

III.

Propter officii Christi perpetuum vigor, qui per eandem fidem, omnium seculorum, aeternus est. Huc pertinent ejusmodi Scriptura dicta.

Ephes. cap. 1. v. 4. Elegit nos in Christo, ante constitutionem mundi.

Hebr. cap. 13. v. 8. Jesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.

Apocal. cap. 13. vers. Agnus occisus est ab origine mundi.

Quod

Quot requituntur ad veram agnitionem Christi?

Duo.

Cognitio Personæ Christi.

I.

Cognitio officii Christi.

II.

I.

DE PERSONA CHRISTI.

Qua methodo consideratio Personæ Christi commodè absolvitur.

Si dicatur:

1. De unione Personalis.
2. De Communicatione Idiomatum.
3. De statuum carnis Christi diversitate.

L. DE UNIONE PERSONALI.

Quia in hoc mysterio explicando crebra sit mentio Naturarum, Proprietatum, Idiomatum, Hypostaseos, Personæ & quæ sunt id genus alia: primum omnium, quid ipsis terminis veniat, dilucidius mihi velim explicari?

Commodè mones. Nisi enim quid Nominis sit probè intelligamus: qui Rei nominibus, seu terminis ipsis explicetur, nunquam satis assequemur. Rogo itaq; quorumcunq; terminorum explicatus: faxo ego, ut tui juvandi promptitudinem mibi nequit quam defuisse re ipsa experiaris.

R. 2

Quid

Quid igitur hoc loco appellatur
Natura?

Cum in loco de Persona Christi duarum in Christo
Naturarum sit mentio: per Naturas ambo Principia
seu Partes (ut ita loquamur) intelliguntur: quibus
Persona Christi constituta est: Natura nimis di-
vina, & Natura humana.

Quid intelligis per Naturam di-
vinam?

L. Non simpliciter & absolutè divinam Na-
turam intelligo, quæ una est & communis tribus
Divinitatū personis: Sic enim sequeretur, totam Tri-
nitatem incarnatam esse.

II. Sed singulariter intelligo divinam Na-
turam Verbi, seu ipsum Filium Dei. Solus enim Fi-
lius, non etiam Pater aut Spiritus sanctus hominem
assumpsit.

Ioan. 1. 14. Verbum (id est Filius Dei) Cano factum
est, & habitavit in nobis.

Rom. 8. 3. Deus misit Filium suum in similitudine
carnis peccati.

Gal. 4. vers. 4. Ubi venit plenitudo temporis,
misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum
sub Lege.

Quid intelligis per Naturam hu-
manam?

I. Non intelligo Naturam, sub universali ra-
tione, sola mente & cogitatione consideratam.

Quia enim talis, extra speciei Individua, revera
non existit, sed est nudus mentis Conceptus & vñpua
Logicum: non vera Incarnatio, sed figuratum &
ceptio fuisset.

Nec

Nec intelligo humanam Naturam, in omnibus speciei individuū consideratam. Quandoquidem Filius Dei, non omnes omnium hominum hypostasis assumpit.

II.

Sed unum, verum, & singularem intelligo Hominem, quem Filius Dei, ex Maria virgine, Corpore & Anima rationali constantem, in sue Personæ unitatem assumpit. Qui tamen assumptus homo, per se nunquam fuit Persona. Non enim Persona Personam assumpit. Non quod Homo iste assumptus per Naturæ conditionem propria Personalitate subsistere non potuisse, sed quod in hoc ineffabilis salutis nostræ mysterio personalitate ipsius suspensa & impedita, in ipsis Filij Dei Hypostasi indissolubiliter assumptus est. Qui nihilominus tamen est perfectus Homo, licet propria & naturali Hypostasi non existat. Ita Symbolo pronunciante, Perfectus Deus, perfectus Homo. Imo vero, est hæc Naturæ assumpta, in Hypostasi Filij Dei, infiniti modis perfectior, quam si propriam & naturalem subsistentiam haberet.

III.

Damasenus de Orthod. Fid. lib. 3, cap. 11. post principium: Deus verbum primitias nostræ massæ assumpit, non quæ secundum sciplam subsisteret, & Individuum prius esset, & ab ipso assumpta: sed quæ in ejus Hypostasi subsisteret. Nam ipsa Hypostasis Dei verbi, facta est Carni Hypostasis. Et secundum hoc Verbum. Caro factum, inconvertibiliter scilicet: Et Caro Verbum intransmutabiliter; Et Deus Homo, Deus enim verbum: & Homo Deus.

Quid est Hypostasis?

Hypostasis est substantia singularis, intelligens, atque per se subsistens à cæteris eisdem Naturæ Hypostasib. numero & characteristica seu peculiari proprietate discreta.

R 3 Uno-

Unone modo sumitur nomen Hy-
postaseos?

Non.

L Generalissimè, Hypostasis simplicem

~~unum~~ sed existentiam significat: in quo significa-
tu idem est Substantia & Hypostasis. Unde quidam
Patrum ipsas etiam Naturas dicebant Hypostases.

II.

Sed specialius, Hypostasis significat nos
autem id est τὸν οὐσιῶν ὑπότιον, seipsa & propriè con-
sistentem existentiam. In quo significatu Individua-
um ostendit, numero & alijs ejusdem speciei indi-
vidui discretum. Quæ ipsa tamen significatio, &
animata & inanimata, rationalia & irrationalia,
mortalia & immortalia, latitudine sua comprehen-
dit.

III.

Adhuc specialius, Hypostasis & Persona, signi-
ficat substantiam individuam, intelligentem, incom-
municabilem, quæ nec alterius pars est, nec in altero
sustentatur, nec dependentiam habet ad aliud: sicut
Anima separata ad resuscitandum corpus. Ut Deus
Pater, Filius, Spiritus sanctus, Gabriel, Michael, Pe-
terius, Paulus. Atq[ue] hæc significatio Hypostaseos in p[re]a-
sente Tractatu primaria est.

IV.

Tandem Persona, οὐσία quādam significat, a-
liquod videlicet attributum, aut conditionem aut fa-
ciem quoq[ue] vultumq[ue] histricum. Ut, cum suscipere,
deponere, imponere, sustinere, tueri, abjecere, acce-
ptare, agere aliquam Personam, dicimur. Magnum
est in Republica tueri Personam Principis. Tres Per-
sonas substineo, meam, adversarij, Iudicijs. Sed hæc Si-
gnificatio non est genuina præsentis loci: quæ ut di-
ctum est, tertia significatu gaudet.

Quid

Quid vero Veteres vocarunt

εἰνόσια.

Misit ceteris significationibus, quae minus propria sunt:

Eiunōσια principaliter est id, quod secundum seipsum quidem non subsistit, sed in Hypostasis consideratur. Quemadmodum species, id est, natura hominum, in propria Hypostasi non consideratur, sed in Petro & Paulo, & reliquo hominum Hypostasis.

Eiunōσια dicitur, quod cum alio, differente secundum substantiam, in totius alicujus generationem componitur, & unam perficit Hypostasin compositam: ut Homo ex Corpore & Animo compositus. Neq; enim Anima sola dicitur Hypostasis, neque Corpus, sed eiunōσια.

Eiunōσια dicitur, ab altera Hypostasi assumpta Natura, & in ipsa habens existentiam. Unde & Caro Domini non subsistens secundum seipsum, neq; ad temporis momentum, non Hypostasis, sed magis eiunōσια est. In Hypostasi enim Dei verbi subsistit, assumpta ab ipsa, & hanc habuit & habet Hypostasis.

Quid est eiunōσια?

Quod omnino non existit.

Quod non in seipso, sed in alio suam existentiam habet: ut sunt Accidentia.

Quid vocantur Idiomata?

Cum una quidem Christi persona sit, non una tamen, sed duæ ejusdem naturæ: omnis illa res, qua una natura ab altera differt, hoc loco Differentia, Proprietas, & Idioma appellatur.

R. 4

latur.

I.

II.

III.

I.

II.

latur. Aliæ namque sunt Proprietates divinæ, alia humanæ naturæ. Synonyma autem hic habentur: Proprietas, Differentia, Idioma, Attributum.

Damascenus in lib. de duabus Christi voluntatibus; ante medium. Demonstratum est igitur, duas Christi naturas esse, unamque Personam. Quod si duabus naturis continetur, certè duarum naturarum naturales Proprietates in ea perfecte & complete inesse confitemur necesse est, siquidem eum & Deum perfectum, & Hominem cognoscimus.

Hic ita præmissis, ad rem ipsam veniamus:
quid igitur est Unio personalis?

De unione. Est duarum in Christo naturarum, ineffabilis personalis, quidem, & omnem rationis humanæ caputum excedens, indissolubilis tamen, & talis, conjunctio, qua æternus Filius Dei, in temporis plenitudine, humanam naturam, in Personæ suæ unitatem, non sine reali naturarum, certitudineque proprietatum *concordia* assumpsit; atque in ea, non tantum Redemptionis opus absolvit, sed jam quoque per eandem, omnibus, ubique, creaturis, præsens, & potenter dominatur.

Dicis Filium Dei humanam naturam assumptum, sed cum potius Filius Dei Homo factus est, quam Pater, aut Spiritus, sanctus?

Huius rei causas exprimit Commentator Damascenus in lib. 3. c. i. de Orthod. Eide, quæ breviter ita habent.

Quia

Quia maximè decens & congruum fuit, ut qui Filius Dei erat ab æterno, à Patre scilicet ante secula genitus, etiam Filius hominis esset in seculo, ex substantia matris in tempore natus. Et hoc pacto per Incarnationem non mutaretur denominatio, aut nova induceretur appellatio cuiusvis Personæ divinæ: quod sane cum noninum confusione accidisset, si aut Pater aut Spiritus sanctus, propter dispensationem carnis, Filii nomen sibi vendicasset. Hoc certe comprobat Augustinus, dicens: Non Pater carnem assumpit, neg. sanctus Spiritus, sed Filius tantum, ut, qui erat in Divinitate Dei Filius, ipse fieret, in homine hominis Filius: ne Filii nomen ad alterum transiret, qui non esset altera nativitas Filius.

Quia Filius Dei Verbum est Patris. Quemadmodum igitur ad intentionis manifestationem, verbum intelligibile & intimum menti, copulatur vox sensibili: sic ad divinitatem mentis, paternæ revelationem, verbum Patris congruum fuit uniri carni. Hinc Filius se in hunc Mundum venisse crebro contexitatus est, ut nomen Patrum manifestaret hominibus, & ejus voluntatem atque mandatum mundo annunciatet.

Præterea, beneficium Incarnationis, ad hoc ordinatum, est à Deo, ut simus Filii Dei. At posterius, debet reducā ad perfectionem, per id, quod est prius eodem genere. Congruum igitur fuit, ut Filii Dei efficeremur peneum, qui est Filius DEI naturalis. Idipsum comprobat Beatus Augustinus, dicens: ut homo ex DEO nasceretur, primo ex ipso natus est DEUS. Oportuit enim, ut per eum efficeremur Filii adoptivi, qui est Filius Dei naturalis.

Tandem, Filius Dei incarnari voluit, non Pater, aut Spiritus sanctus, ut idem ipse, per quem initio

R. S.

II.

III.

ad

ad immortalitatem creati eramus, ad Vitam (nostram
inobedientia amissam) sua obedientia nos repararet:
& recrearet is, per quem condita sunt universa.

Quot igitur naturis constat Persona
Christi?

Duabus. Divinâ & humana: hoc est, Christus
Salvator, in Personæ unitate verus Deus est, & verus
Homo.

Proba Christum esse verum Deum.

a. De divina natura Christi. Ierem. 23.5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, &
fuscidabo David gerumen justum, & regnabit Rex, &
hoc est nomen, quo vocabunt eum, IEHOVA, justitia
nostra.

Hic magnum nomen, IEHOVA, quod nulli Crea-
turae competit, germini Davidis CHRISTO tribuitur,
qui nobis factus est à DEO justitia, 1. Cor. 1.29.

Rom. 9.5. CHRISTUS est ex Patribus secun-
dum carnem, qui est super omnia DELS benedictus in
secula.

1. Tim. 3. 16. Citra controversiam magnum est
pietatis mysterium Deus est manifestatus in carne.

1. Iohann. 5.20. Ut simus in Iesu Christo, hic est ve-
rus DELS & vita eterna.

Eadem Christi Divinitas, ex aliis pluribus attri-
butis, operibus & miraculis demonstratur, sed hæc cla-
risima Scriptura dicta in presenti sufficiant.

Proba Christum verum esse Ho-
minem.

a. De humana Christi. Esa. 7.14. Ecce virgo concipiet, & pariet Filium,
& vocabitur nomen ejus I M M A N U E L.

Iohann. 1.14. Verbum caro factum est.
Gal. 4. 4. Iibi venit plenitudo temporis, misit Deus
Filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3. 16. D E L S est manifestatus in carne.

Heb. 2. 14. Quia pueri communicaverunt carni & sanguini: & ipse similiter participavit iisdem.

Et v. 16. Nusquam enim Angelos assumpit: sed se-
men Abraham assumpit.

Hinc Semen mulieris, Semen Abrahe, Germen &
Filius Davidis, atq. Filius hominis appellatur, & est.
Hinc tentatus est per omnia pro similitudine, absque
peccato: ut posset compati infirmitatibus nostris, Heb.
4. 5. Esurivit, sitiuit, vigilavit, dormivit, sudavit, de-
fatigatus est, contristatus est, flevit, crucifixus, mor-
tuus, & sepultus est.

Audio in citatis testimoniis frequenter Car-
nis mentionem fieri: Quæro igitur, utrum fi-
lius Dei, tantum Corpus, an verò etiam
Animam assumpsit?

Hæc olim Apollinistarum Hæresis fuit, Filium Dei
corpus tantum assumpsisse, non etiam animam, seu lo-
eo animæ Divinitatem fuisse.

Verum aperta sunt testimonia, etiam de
Anima Christi.

Ioan. 10. 35. Animam meam pono pro ovibus.

Et vers. 18. Nemo tollit animam meam à me, sed
ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam.
& potestatem habeo iterum sumendi eam.

Matth. 26. 38. Tristis est anima mea usq. ad mor-
tem.

Luc. 23. 46. Pater, in manus tuas commendabo Spi-
ritum meum. Et hæc dicens, expiravit, hoc est, emisit
Spiritum, ut Matth. habet 27. 50.

Symbol. Athanasij: Perfectus Deus, perfectus homo,
ex Animationali, humana carne subsistens.

Deinde

I I.

Deinde ipsa Salutis nostræ ratio evincit, Christum non tantum corpus; sed etiam animam assumpsisse. Non enim dimidium tantum h. minus, lapsum & peccato pullatum est: ut dimidium tantum Christus assumeret & salvaret. Sed homo totus peccavit, ideo totum quoque ex substantia nostra Christus assumpsit, ut toti salutem repararet. Τὸ γὰρ ὡραῖον, αἱρεσίπτετον. Quod assumptum non est, curatum non est, ut Nazian. epist. 2. ad Cledoniu loquitum.

Cyrill. in Ioan. lib. 7. c. 7. Totum Christus assumpsit hominem ut omnino saucium, totum sanaret, quod ingitur ab ipso non est assumptum, neque reparatum est ad salutem, neque curatum. At qui anima hominis in primis Parentibus & tota posteritate eorum, graviter fuit, & in primis vulnerata peccato. Si igitur non est a Christo assumpta anima rationalis ipsa, adhuc manet obnoxia veteri peccato, neque particeps facta est Redemptionis, sed solum corpus.

Quomodo unitæ sunt hæc duæ naturæ in Christo?

I. Inconvertibiliter. Nam Filius Dei factus est, De modo non mutatione divinitatis in carnem, nec conversione Unionis. humanitatis in divinitatem. Atque unio ut minimum est inter duo: nec unum sibiipsci unitur.

2. Tim. 3. 16. Deus manifestatus est in carne.

Symbol. Athanas. Licet Jesus Christus Deus sit & Homo: non duo tamen, sed unus est Christus. Unus a. non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

I I.

Inconfusè. Non n. mixtione unum sunt duæ naturæ, quâ tertium quiddam existat, nihil simpliicium integrum servans. Uit Hydromel, quod nec aqua, neque mel amplius, sed tertium quiddam mixtum est.

Sed

Sed in Christo, etiam in ipsa Unione, utraq^z natura salva manet & integra. Unde Versus:

Sum, quod eram: nec eram, quod sum, nunc dico utrumq^z.

Inseparabiliter & indistanter. Ita namque duæ naturæ in Christo unitæ sunt, ut nullis, nec temporum, nec locorum intervallis unquam separantur. Adeo ut nec in morte soluta sit unio, nec ullibi monstrari posse. $\Delta\circ\gamma$ sine assumpta Humanitate. Non n. Filius Dei Humanam naturam sicut vestem assumpsit, quam suo tempore iterum deponat. Aut sicut Angeli, interdum humanâ formâ (quam ad tempus assumperant) hominibus apparuerunt: ita Filius Dei apparuit: sed carnem assumptam propriam sibi fecit, & quam semel assumpsiit deserit nunquam.

Sic enim Concil. Chalcedonense: Confitemur unum & eundem Iesum Christum, Filium & Dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse inconvertibiliter, indivisi, insegregabiliter cognitum. Evđo Φύσειν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαφέτως, ἀχωρίστως.

Non tamen unitæ sunt naturaliter seu essentialiter: ut materia & forma: anima & corpus.

i. Quanquam enim similitudo Animæ & Corporis valde accommodata sit: huic tamen mysterio declarando non per omnia, sed ex parte tantum servit. Quæ enim naturaliter unita sunt, illa ita se mutuo perficiunt, ut neutrum sine altero, perfectionem suam obtineat (sic sine Anima corpus mortuum est; & illa separata, corporis resurrectionem cum desiderio expectat) sed naturarum in Christo longè alia est ratio. Nam Christus perfectus Deus est, & perfectus Homo ex anima rationali & humana carne subsistens.

2. Dei-

III.

IV.



2. Deinde in naturaliter Compositis; neutrum constituentium præexistit persona. Sed Filius Dei etiam ante Incarnationem ab æterno Persona fuit. In principio erat verbum, Ioan. 1, 1.

3. Præterea in naturaliter Compositis ex constitutis, materia & formâ, animâ & corpore, tertium quiddam componitur, quod neq; hoc, neq; illud est, sed tertia quædam nova Essentia. Due autem naturæ in Christo, non constituant aliquid tertium, essentialiter, vel naturaliter Compositum: nec est duarum naturarum in Christo naturalis Compositio, sed persona-
lis Unio. Unde naturæ in Christo, impropiè dicuntur Partes.

V.

Nec unitæ sunt Accidentaliter. Utpote:

1. Nec ratione Continuitatis, quemadmodum vel assr asseri conglutinatur; vel linea jungitur linea; aut stella suo adhæret orbi. Deus enim non tantum cum humanitate junctus est. Sed D E U S manifestatus est I N carne. 1. Tim. 3. 16. Et verbum factum est Caro.

2. Nec subjectivè; Quemadmodum paries, & albedo, calor & aqua, sunt unum Subjecto. Nam albedo neq; est, neq; sit paries; nec paries albedo. In Unione vero duarum naturarum in Christo, Homo est D E U S & D E U S est Homo. Verbum factum est Caro: & postremus Adam factus est in spiritum vivificantem.

3. Nec Integraliter: Ratione nimirūm partium & Totius. Quemadmodum animal & oculus unum integrum constituant. Nam λόγος Filius Dei, simplicissima divina Essentia, partem extra partē non habet; sed totus (extra omnem partium considerationē, quam nullam admittit) totum & perfectum Hominem

nem assumpit, Adeoq; totus Λόγος est in toto assumpto Homine: & totus assumptus Homo, in toto Λόγῳ, mutua & ineffabili duarum in Christo naturarum περιχωρήσι. Quorum nihil est in integraliter unitis. Nam animal non est neg; sit oculus; nec vicissim oculus est, aut sit animal. Verbum autem factum est Caro, Et Homo factus est Deus.

Sed est duarum naturarum in Christo unio Personalis: qua λόγος Filius Dei humanam Naturam, in Unionem & Communionem sue Hypostaseos assumpit: ita quidam, ut Filius Dei, qui ab aeterno Persona fuit, humanae naturae, quae persona non fuit, propriam suam personalitatem communicaverit; adeoq; verba Hypostasis propria, facta quoq; sit Hypostasis assumpta Carni. Unde consequitur, duarum naturarum in Christo duas, sed unam Personam esse: unde & dicta est Unio personalis.

i. Tim. 5. Unus Deus, unus & Mediator, Dei & Hominum, Homo Iesus Christus.

Symbol. Athanas. Unus est Christus, non conversione Divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omniō, non confusione substantie, sed unitate personae. Nam sicut anima rationalis & caro, unus est Homo: sic Deus & Homo, unus est Christus.

Inter alia dicas: Unionem istam inseparabiliter factam, nec in Morte solutam esse. Atqui vel soluta videtur Unio: vel non vera fuisse mors Salvatoris, sed ficta tantum

& simulata?

Mors, Animæ corporique est dissolutio. Atq; in Christo non tantum anima & corpus unirentur naturaliter:

raliter: Sed utrumq; horum, quatenus verum hominem constituunt, unitum est λόγῳ: qui verum & perfectum hominem, Corpore & Anima rationali constantem, in suæ Hypostasew unitatem assumpit. Quanquam igitur in morte Christi anima à corpore vere dissoluta fuerit: neutrum tamen illorum dissolutum fuit à λόγῳ. Adeoq; naturalis tantum anima & corporis, non Personalis cum τῷ λόγῳ Unio per mortem dissoluta fuit.

D A M A S C E N. de Orthod. Fid. lib. 3. cap. 27.
Quanquam (Christus) mortuus est, ut homo, sancta ejus anima ab incontaminato separata corpore: non tamen Divinitas ab utroque separata remansit, ab Anima, inquam, & corpore. Et neque sic una Hypostasis, in duas dissecta est Hypostases. Nam & tunc corpus & anima, secundum idem à principio in verbi Hypostasi habeant existentiam, & ipsis in morte ab invicem separatis, unum quodque eorum mansit. Unam Verbi habens hypostasin. Quare una Verbi hypostasis, & Verbi, & Animæ & Corporis fuit Hypostasis; nunquam enim, neque anima, neque corpus propriam habuere Hypostasin, præter eam, quæ verbi est Hypostasis. Una enim semper verbi Hypostasis, & nunquam duas: Quare una semper Christi Hypostasis. Quid fit, ut etiæ localiter Anima à corpore separabatur? Hypostaticè tamen per Verbum uiebatur.

Cur vero in data Definitione, istam unionem non sine Communicatione factam esse dicis?

LQuia divina & humana Natura in Christo non conjunctæ sunt, uti dictum est, sicut duo afferes conglutinantur, qui mutua Communicatione prorsus nihil participant. Hic enim est insimus Conjunctionis gradus: unio autem personalis in Christo est arctissima, & perfectissima.

Neq;

Neque divina Natura tantum gestat & sustentat Humanam, ne in nihilum redigatur: sic enim Filius Dei omnes creaturas sustentat.

Hebr. 1, 3. *Filius Dei character substantiae Patris, portat omnia verbo virtutis suæ.*

Neque Filius Dei tantum implet aut gratiosè tantum inhabitat humanam naturam. Nam Deus celum & terram implet, & cum gratia sua etiam habitat in sanctis.

Sed est in Unione Personalis ipsarum Naturarum admirabilis, arcana, & ineffabilis (non confusio, sed) *Communicatio*, qua hæc Unio, ab aliis omnibus conjunctionis aut presentie speciebus, toto genere discrepat: Et sine qua Naturam Communicatione, nec ipsa Personalis Unio vel cogitari, vel subsistere, nec ultra vera aut realis Idiomatum communicatio esse potest.

Verum, cum hoc Mysterium omnem humanæ Rationis captum superet, ideo ut vel aliqua modo, in admirandæ hujus Unionis, seu, ut Ecclesia canit, admirabilis cōmerci, aliquam cognitionem adduceremur, Prophetæ, Apostoli, & Christus ipse, cum Filij Dei Nativitatem, Passionem & Mortem, tunc divinam quoq; Majestatem contemplandam nobis proponunt, ad quam humana Christi Natura exaltata est. ut à posteriori (ex communicatione videlicet Idiomatum) de priori (communicatione nempe Naturarum) vel aliquid colligere possemus.

Proximum itaque erit, ut de *Communicatio*. ne Idiomatum dicas: si hoc unum prius quæ-

sivero, utrum Synonyma sint hæc vocabula: *Unio & Communicatio*

Naturarum?

S

Eccle-

II.

III.

IV.



Ecclesiastici certè Scriptores ~~conveniunt~~ & écrivent, hoc est, Unionis & Communicationis recipibus, pro ihsu dem in hoc mysterio usi sunt, alteram altera declarantes. Quia communicatione, Divinitas dare, & humilitas accipere dicantur. Quorum utrumq; ad constitutionem Unionis Personalis per se requiritur.

Irenaeus lib. 3. cap. 4. Athanasius in Epistola ad Eusebium, Hilarius de Trinitate lib. 9. Basilius & Nyssenus in Theodoreto, Damascenus lib. 3. c. 19.

Eam ob causam, Paulus Samosatenus hæreos damnatus est, quod contenderet. Tais duo Quæcunque sunt naturæ trinitatis Ænouavntes eam: hoc est, Duas naturas omnimodo incommunicabiles esse. Qua ratione, Naturæ invicem separantur & duo Christi consituuntur, quasi alius sit Christus, alius Deus, Verbum, in ipso habitans.

Antequam de Communicatione Idiomatum agas, prius mihi demonstra, quænam ex hac Unione Personalis Prædicationes orientur?

Quia Persona Christi, non Uno, sed duobus consistat, verus equidem & perfectus Deus, verus quoq; & perfectus Homo est, propter illam durarum Naturarum personalem Unionem & Communicationem.

Primùm, Naturæ in Christo de se invicem prædicantur, ut:

1. Deus de Homine.

2. Sam. 7. 19. Hic Homo est Deus.

Ierem. 23. 5. & 33. 15. Germen Davidis est Iehova.

Matth. 16. 16. Filius Hominis est Filius Dei vivus.

Matth. 22. vers. 24. Filius Davidis est Dominus Davidis.

Lac.

Iohann. i. 30. 34. Hic vir est Filius Dei.

i. Cor. 15. vers. 47. Secundus Homo est Dominus de cælo.

2. Et vicissim H O M O prædicatur de D E O.

Ioh. i. 14. Verbum Caro factum est. Hoc est, ut Patres Concilij Niceni locuti sunt: Filius Dei propter nos & propter salutem nostram descendit, Incarnatus & Homo factus est.

*Ioh. 5. 27. Filius Dei est Filius Hominis. Nam Pa-
ter potestatem dedit Filio judicium facere, quia Filius
Hominis est.*

*Rom. 1. 3. Filius Dei natus est ex Semine David.
Hoc est: Filius Dei est Filius Davidis.*

*i. Trm. 3. 16. Deus manifestatus est in Carne. Id est,
Deus est Homo.*

Deinde utraque Natura, de Iesu Christo
enunciatur: nimurum alterutrum Constituentium de
toto Constituto seu Composito; Christus est D E U S,
Christus est Homo.

II.

*Mattb. 3. 17. & 17. 5. Marc. 9. 7. Luc. 9. 35. 2. Pet.
6. 1. v. 16. 17. Iesus est Filius Dei dilectus.*

*Math. 16. v. 16. Iohann. 6. v. 69. Christus est Filius
D E I vivi.*

*Marc. 14. 61. Luc. 22. 70. Ego sum Filius Dei be-
nediti.*

Ioh. 1. 49. Rabbi, Tu es Filius D E I.

Deniq; multoties in Scripturis occurrat, Je-
sum Christum esse Deum aut Filium Dei. Ut, Marc. i.
7. Ioh. 10. 36. & 11. 17. & 20. v. 28. 31. Act. 9. 20. Rom.
9. 5. 1. Ioh. 17. & 4. 15. & 5. 20. Ioh. 3. Heb. 4. 14.

*Vicissim & Homo de C H R I S T O prædi-
catur.*

Iob. 8, 40. dicit Iesus : Quæritis me interficere, Hominem, qui Veritatem vobis locutus sum.

III. Tum hac etiam Phrasí, Unio Personalis ex-primitur.

Aetor. 10, 38. Deus erat cum Iesu.

2. Cor. 5, 19. Deus erat in Christo.

Sed quales sunt istæ Prædicationes : Homo est Deus : Deus est Homo ?

I. Non sunt Identicæ. Quasi dices, Homo est Homo : Deus est Deus.

Nam duæ in Christo naturæ non eadem, sed longe diversissimæ sunt.

II. Nec sunt Essentialis, nec Accidentales ; quas in Scholis, illas univocas appellant, veluti Petrus est Homo, Petrus est Animal, &c. Has Paronymas seu denominativas, ut Paries est albus, Priscianus est Grammaticus : Quia Unio nec est Essentialis, nec Accidentalis : ut in superioribus demonstratum est.

III. Sed sunt Prædicationes singulariter Personales in omni naturæ cursu inusitatissimæ, Quibus propter Unionem personalem, Deus verè dicitur & est Homo : Homo verè dicitur & est Deus. Nam Verbum Caro factum est : Iob. 1, 14. Et Homo factus est in Spiritum vivificantem, i. Cor. 15, 45.

Damasc. de Orthod. Fid. libro 3. capite 1. post mod. Perfectus Deus existens, Perfectus Homo sit. Et hoc impletur opus, quod omnium novorum maximè novum est, quod solum novum sub Sole, Per quod infinita Dei apparuit Virtus. Quid enim majus, quam Deum fieri Hominem.

DE

DE CONCRETIS ET

Abstractis.

Quia denique CHRISTUS, Propter Unionem Personalem, duabus Naturis constat: semperne in Propositionibus de Christo, vel Christi, vel ambarum naturalium fit mentio?

Sicuti Hominem, qui Anima & corpore constat, interdum solius Animæ appellatione, totum intelligimus, Genes. 46, 18 22. 26. Omnes anime, quæ ingressæ sunt cum Iacobo in Ægyptum, & egressæ sunt de femore ejus, sanguinæ sex: Ita Christi Persona, quæ divinæ & humanæ Naturæ constat, interdum una partium vel naturarum designatur. Hoc est: per vocem; Deus, Filius Dei, &c. Et: Homo, Filius Hominis, Semen Abrabe, Semen Mulieris, &c. Totum constitutum, nimirum Christus, qui ambæ Naturæ est, exprimitur.

Genes. 3. vers. 15. Semen Mulieris conteret Caput Serpentis:

Gen. 22, 18. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ.

Ier. 24, 6. Iehovajustitia nostra.

Iohann. cap. 3. v. 16. Sic Deus dilexit Mundum, ut Filium suum Unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, &c.

I. Iohann. 3, v. 8. Filius Dei apparuit, ut dissolvat opus Diaboli.

Roman. 5, 15. Si unius delicto, multi mortui sunt: multò magis gratia Dei & donum, in gratia unius Hominis, Iesu Christi, in plures abundavit.

I. Cor. 15, 21. Per Hominem mors, & per Hominem resurrectio mortuorum.

In h[ic]e & pluribus alijs locis, alterius Naturae vox: Deus, Filius Dei, Homo, Filius Hominis, &c. totum Christum, qui ambo naturae est, designat.

Anne vero semper per istas voces: Deus, Filius Dei, Homo, Filius Hominis; Semen, Abraham, tota Christi Persona ex-
primitur?

Sicutius, & principaliter sane, istiusmodi Vocibus, non tota Persona Christi, sed alterutra naturarum designatur: isth divina, h[ic]e Natura divina.

Sed unde cognoscam ego, quando & ubi iste Voces: Deus, Homo, Filius Dei, Filius Hominis, &c. Non Personam, sed Naturam significant?

Iste Voces: Deus, Homo, Filius Dei, Filius Hominis, &c. non totam Christi Personam, sed, & Principaliter quidem, alteram duntaxat Naturam designant:

I. In Propositionibus, quibus mysterium Incarnationis & Unionis Personalis exprimitur.

Ioh. n. 1. vers. 14. Verbum Caro factum est. Id est, Deus Homo est.

i. Cor. 15, 45. Novissimus Homo factus est in Spiritum vivificantem.

Ibid. vers. 47. Secundum Homo, est Dominus de celo.

Hebr. 2. vers. 16. Non angelos, sed Semen Abrah[ae] assumpit.

VI. In Propositionibus, in quibus de toto Constituto, Nature seu Partes enunciantur; hoc est, de Christo, Deus aut Homo praeditatus; Christus est Deus, Christus est Homo.

Proba

Proba, in ejusmodi Propositionibus per istas
voces, naturas, non autem totam Christi
Personam designari.

Nisi in Propositione hac: Verbum Caro fas-
tum est; vel: Deus est Homo: per Voces; Verbum,
Caro, Deus, Homo, non Tota Persona Christi, sed ejus-
dem Naturae intelligantur, sequeretur: Totum Chri-
stum, Deum & Hominem; factum esse Totum Chri-
stum, Deum & Hominem, seu Totum Christum, Deum &
Hominem, assumptum esse Totum Christum, Deum &
Hominem: quod absurdum esse, nemo non intelligit.
Deus enim Homo factus est, non assumptione Christi
in Christum, sed assumptione Humanitatis in Deum.

I.

Nisi in hisce & consimilibus Propositio-
nibus: Christus est Deus: Christus est Homo: per
Voces Deus, & Homo, non Tota Persona Christi, sed
Naturae intelligantur, sequeretur:

II.

1. Iстas Propositiones esse Identicas: atque hanc:
Christus est Deus, aut hanc: Christus est Homo; ean-
dem cum illa. Christus est Christus. Per Identicas au-
tem Propositiones nihil declaratur: sed idem de eo-
dem dicitur, cum tamen per istas: Christus est Deus,
Christus est Homo: Quia ille sit, per suas naturas ex-
plicetur.

2. Sequeretur, istas Propositiones Christus est Deus,
Christus est Homo, prorsus easdem esse. Quia utrique
coincideret cum illa: Christus est Christus: At differ-
re, inter omnes est manifestum.

3. Præterea Christus est Homo, Semen Abrahe,
Filius Davidis: Quia Filius Dei assumptus hominem
seu semen Abrahe, ex semine David. Hebr. 2. 16. Et
Christus est Deus, quia Filius Hominis assumptus est
in Deum. Non autem Filius Dei assumptus Christum,

S. ♪

sed

Taur.
Naturem
is, & genit
at.
DEUS.
s; Semen
ex-
naturam
na.
e ubi illa
us Homi-
turam.
ilium Homi-
& Princi-
aturam ap-
um lucru-
am, & utili-
bus est in Sp
Dominus d
nen Abrah
toto Corp
hoc est, &
Christus d
Prob

sed naturam humanam. Neq; natura humana assumpta est à Christo, vel in Christum; sed à Deo vel in Deum, ut Symbolum Athanasium habet.

Quibus omnibus apparet, in illis Propositionibus, terminos, seu voces illas: Deus, Homo, Filius Dei, Filius Hominis, Caro, Semen, &c. non tantam Personam Christi, sed ejusdem naturas designare.

III.

Quia Scriptura istas voces, Deus, Homo, &c. in dictis Propositionibus per voces Naturarum interpretatur.

Hanc enim: Deus est Homo, Iohannes. Abstractivis expressit: Verbum est Caro, Iohann. 1, 14.

Et hanc: Homo est Deus.

Paulus 1. Cor. 14, 45. Istibac expressit: Homo factus est in Spiritum vivificantem.

Et hanc: Deus assumpsit Hominem: Epist. ad Heb. 2, 16. per illum reddidit; Non Angelos, sed Semen Abraham assumpst.

IV.

Quia Symbolum Athanasij in dictis Propositionibus pro synonymis uicitur hisce terminis. Deus, Homo, Divinitas, Humanitas, Caro. Quod enim modò Deum & hominem appellavit, confessim per Divinitatem, Humanitatem, & Carnem: interpretatur, in hisce verbis:

Est ergo. Fides recta, ut credamus & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus, Dei Filius, Deus & Homo est. Deus ex substantia Patris, ante secula genitus: Homo ex substantia matris, in seculo natus Perfectus Deus, perfectus Homo, ex anima rationali & humano carne subsistens. Aequalis Patri secundum Divinitatem: minor patre secundum Humanitatem. Qui licet Deus sit & Homo, non duotamen, sed unus est Christus. Unus autem non con-

ver-

versione diyinitatis in carnem, sed assumptione Humanitatis in D E U M.

V.

Quia purior Antiquitas, unā cum Scriptura, istas voces: Homo, Deus, &c. per alias expressè & vulgo dictas Abstractivas, est interpretata.

Leo, Epist. 10. ad Flavian. Salva proprietate utriusque naturæ, & in anam coeunte Personam, suscepta est à Majestate Humilitas, à Virtute Infirmitas, ab Eternitate Moralitas: & ad resolvendum Conditionis nostræ debitum, natura inviolabilis, naturæ est unita passibili, ut unus & idem Mediator noster & morti posset ex uno, & mori non posset ex altero.

Theophylactus ex Chrysostomo in cap. Matth. 28.

Ἐγὼ οὐ πέωλε κατάπλευσθαι Φύσις, καὶ δὲ τὸν
πορεῖαν τὸν θεόν αἰσθάνεταιν ἔνωσιν θεοὺς εἶσαι,
ἐλατερού τὸν ἐξεστίαν καὶ παῖδες. Ego prius damnata
natura, nunc Deus existens, secundum unionem
ad Filium D E I, absque naturarum confusione, accepī
potestatem omnium, NOTA: DAMNATA NA-
TURA EST D E U S.

Gregorius Nazianzenus in sanctum Pascha, ante
med. Ἐν ἐν δύω τῶν ἐναντίων, σπερμὸς καὶ πνεύμα-
τος. Οὐ τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθέωθη. Unum ex
duobus diversissimis, carne nimirūm & Spiritu (λό-
γῳ) quorum alterum (λόγῳ) deificavit: alterum
(Caro) deificatum est.

Athan. de natura humana suscepta à Verbo; post
princip. Ille ipse Deus (Verbum) factus est Caro, ut
ipsius C A R O efficeretur D E U S Verbum. Quemad-
modum Thomas palpator ipsius carni proclamavit: O
qui es & Dominus meus, & D E U S meus, utramq; si-
mul D E U M appellans.

S 5

Quia

Quia in Explicatione hujus materiæ frequens
in scholis mentio fit Abstracti, & Concreti: ea-
dem ne hic Concretorum & Abstractorum
significatio & usus est, qui in Lo-
gicis?

Neutiquam verò. Ibi namqz, vocabula Concreta
dicuntur, quæ accidentia subjecti sui inherentia con-
cretæ exprimunt. Ut Paries est albus, aqua calida,
nix frigida. Abstracta verò, quæ sine subjecto sola acci-
dentialia, nuda & abstracta designant: ut, albedo, cali-
ditas, frigiditas. Quoniam autem Unionem, non acci-
dentalem, sed personalem esse constat: manifestum est,
ex Logici, Concretorum & Abstractorum doctrinam
(cuius in Loco de Persona Christi usus sit) non satis nec
intelligi nec explicari posse.

Quid igitur in doctrina de Persona Christi, di-
citur & est Concretum?

Concretum hoc in Loco est.

Quo Concreta, hoc est, Tota CHRISTI
Personæ (quæ ambæ Natura est) exprimitur. Idque
fit:

1. Vel unica voce: ut Christus, Messias, Salvator,
Ιησοῦς Χριστός, Immanuel. Item, Deus, Homo, Filius
Dei, Filius Hominis, quando totam Christi Personam
designant.

2. Vel Periphrasi: ut, Λόγος Incarnatus, Homo
Deificatus, Caro Deificata.

Quo non quidem Tota Persona Christi,
sed natura exprimitur, non tamen in seipsa, sed re-
spectu Unionis seu Concretionis considerata. Licet
igitur naturarum nomina abstractæ sonent: hoc ta-
men unionis respectu Res concreta est, ut, Caro Ver-
bi: Caro mea: Humanitas Verbi. Item, Deus, Ho-
mo, Fi-

II.

STAUR.
enae frequen-
Concen-
oblationis
in Lo-

mo, Filius Dei, Hominis, Mariae, &c. Quando natu-
ram alterutram, in ipsa unione & respectu unionis
consideratam designant.

Quid igitur hic observandum?

Observandum est, multoties rem esse concretam,
licet vocabula vulgo abstracta sint, ut:

Ioh. 6, 54. Qui manducat meam CARNEM, &
bibit meum SANGUINEM, habet vitam eternam.

Ioh. 1, 44. VERBUM est CARO.

I. Cor. 15, 4, 5. Novissimus Adam factus est in Spiritu-
rum vivificantem.

2. Ioan. 1, 1. Quod fuit ab initio, quod audivimus,
quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & ma-
nus nostra correctaverunt, de Verbo vita annuncia-
mus vobis.

Ibid. v. 2. Vita manifestata est & vidimus, & te-
stamur, & annunciamus vobis Vitam eternam, que
erat apud patrem, & apparuit nobis.

Ibid. v. 7. Sanguis Iesu Christi Filii ejus, emundat
nos ab omni peccato.

Quid est Abstractum?

Abstractum generaliter & vulgo dicitur,
non Persona, sed alterutra Christi Natura exprimi-
tur, ut, Humanitas, Divinitas.

I.

II.

Quia porro (ut proximè præcedenti quæ-
stione monstratum est) natura, quando respectu u-
unionis considerantur, re ipsa concretum sunt. Ideo Ab-
stractum est, quo natura quidem, non autem respectu
unionis, sed in se ipsa, & ab Unione seu concretione
(non re ipsa tamen, verum mente tantum) Abstracta
considerata designatur, Id est:

z. Vol

CHRISTI
mutor. Ne
ius, Sacerdot,
Homo, Hu-
di Personar
atus, Homo

a Christi,
ipsa, sed in
ata. Lut-
ment: hosti-
le, Caro Vi-
n, Deus, Bi-

1. Vel vocabulis usitate nominatis Abstractus ut, Divinitas, Humanitas, Vita, Mortalitas.

2. Vel vocibus, quæ non integrum Christi Personam, sed alterutram Christi naturam designant: ut Verbum Caro. Item, Deus, Homo, Filius Dei, Filius Hominis, Semen mulieris, Abraha, Davidis: quando non totam Personam, sed alterutram tantum natu- ram designant.

Quid Præterea in Propositionibus, Persona-
lem unionem concernentibus est no-
tandum?

Quæ de Λόγῳ ante unionem dicuntur, eadem dicuntur post unionem. Idem namque ipse Λόγος est ante & post. Nisi, quod ante unionem simplex, post u-
nionem assumpta humanitate, composita est Persona,
Et propter unionem Personalem, eadem ipsa, quæ re-
spectu temporis ante omnium factam considerantur,
etiam de Christo post unionem enunciantur. Non con-
trà, quæ post unionem de Christo dicuntur, etiam ante
omnium dicuntur: Nisi Propheticæ sint, & more
Scripturarum consueto, Præsentí vel etiam præterita
forma, propter divinæ veritatis certitudinem, res fu-
turas exponant.

Exempla audire velim eorum: quæ unio-
nem præcedentia, etiam post unionem, &
de Λόγῳ, & vi unionis Personalis, et-
jam de Christo dicun-
tur?

Iohann. 8.58. Antequam Abraham erat, Ego sum.
Hoc est: Non sum nudus tantum Homo, vestro judicio
nondum annos natus quinquaginta: sed sum etiam
eternus D E U S.

z. Cor.

1. Cor. 10, 3. Bibeant, de spirituali eos consequente petra: petra autem erat Christus.

1. Pet. 3, 19. Christus in spiritu abiens, spiritibus in custodia prædicavit in diebus Noe.

1. Cor. 10, 9. Israelitæ Christum tentaverunt in deserto.

Huc etiam ejusmodi referri possunt;

Ioan. 10, 30. Ego & Pater unum sumus.

Ioan. 14, 9. Qui videt me, videt Patrem.

Ibid. v. 10. Ego in Patre, & Pater in me est,

Da Exempla Prophetica.

Esa. 9, 6. Parvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis.

Esa. 53, 4. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros portavit ipsos, & nos reputavimus ipsum plaga affectum, percutsum, & à D E O afflicatum.

Psal. 22, 17. Federunt manus meas & pedes meos, numerare possum omnia ossa mea.

Ejus generis Prophetica ubique in Scripturis obvia sunt.



I I.

DE COMMUN
NICATIONE
IDIOMA
TUM.

JAM ut de Communicatione Idiomatum agamus (per quam Scriptura sacra nos ad ipsius unionis considerationem dedit) quæro primùm, quomodo hæc Idiomatum Communicatio ab unione personali differat?

Unio personalis & communicatio Idiomatum, ut prius & posterius differunt. Nam Unio naturæ ordine prior est, non tempore: & ab illa, Communicatio Idiomatum, quæ ordinu ratione posterior est, tanquam effectus dependet.

Quid est Communicatio Idiomatum.

Communicatio Idiomatum est divinarum humanarumq; Proprietatum vera & realis Participatio, qua propter Unionem duarum naturarum in Christo Hypostaticam, non tantum utriusque Naturæ Idiomatum Personæ (quæ simul Deus & Homo est) verum etiam alterutrius naturæ Propria, alteri, hoc est, λόγῳ humana, & assumptio Homini divina attribuuntur: Et propter eandem κοινωνίαν unaquaque natura operatur cum communicati-

nicatione alterius, naturis tamen earumque proprietatibus servatis illæsis.

Quare dicis vera & realis?

Quia communicatio Idiomatum non est nuda prædicatio, seu phrasis & modus tantum loquendi, cui nihil rei aut veritatis respondeat; sed est res vere ita existens, ut verbis exprimitur. Ut Filius DEI natus est ex semine Davidis. Filius hominis habet potestatem iudicij. Caro Christi est vivifica.

Quare dicis in Christo?

Quia tota hæc doctrina de Communicacione Idiomatum non de naturis separatur, vel sub ratione communi consideratus, est intelligenda. Ut est Divinitas, natura videlicet communis omnibus divinis Essentiæ personis. Ut est humanitas, natura nimisram, quam omnes omnino homines perfectam & cōpletam habent. Hoc namque sensu hæc omnia falsa sunt: DEUS est Homo, DEUS est passus: Homo est DEUS, Homo est omnipotens.

Sed intelligenda est Communicatio Idiomatum, de Naturis in Christo personaliter unitis, extra quam unionem naturarum in Christo hypotheticam, de nulla ejusmodi Idiomatum Communicazione, nemo, ne quidem cogitare potest.

I.

II.

Dicis mutuam esse proprietatum in Christo alternariionem: ($\Lambda\delta\gamma\omega$ humana, & Homini divina Idiomatum attribui) Ergone eadem est omnis Communicatio-nis ratio?

Mutua quide & reciproca est Communicatio proprietatum, sed propter naturarum in Christo diversitatem,

sitatem, communicationis ratio non est eadem. Quia enim divina natura celsissima & immutabilis est, ipsa in se nec in sublimiore statum elevi, nec deduci potest in humiliorem. Humana vero natura, quia infirma est & mutabilis, persici illa, & supra propriæ naturæ conditionem potuit exaltari, Id quod in sequentibus manifestius patebit.

Quid vero illa adjicis: Naturis tamen carum-
quæ Proprietatibus, servatis,
illæsis?

Quia haec perpetua & immota Regula tenenda est:
Quod qualis est unio naturarum, talis est earundem
naturalium proprietatum Communilitatio. Confite-
mur autem (uti Decretum Chalcedonensis Concilij
habet) unum & eundem Iesum Christum, Filium &
Dominum unigenitum in duabus naturis, inconfusè
inconvertibiliter, indivisiè, insegregabiliter cognitum
(εν δύο Φύσεσιν αὐσυγχύτως, ἀτρέπτως, αδιαμε-
τως, αχωρίστως γνωρίζομενον) nequaquam diffe-
rentia naturarum sublata propter unionem sed servata
potius proprietate utriusq; Naturæ, & utraq; in u-
nam personam concurrente, &c. Eadem igitur plane
ratione & modo sine omni confusione, conversione, di-
visione, segregatione, proprietati quoq; facta est com-
municatio, utpote, qua ex unione Personalis duarum
naturarum, ceu fundamento est consecuta. Propterea
nullo modo vel facienda, vel admittenda est seu con-
versio, seu confusio, seu ex æquatio, sive naturarum in
Christo, sive essentialium proprietatum. Nam duæ in
Christo naturæ etiam in ipsa Unione & Communica-
tione Personalis, omnesq; illarum Proprietates semper
distinctæ, & circa omnem confusione aut conversio-
nem, perpetuò salva & integræ manent.

Estne

Estne vero unus modus Communicationis
Idiomatum?

Non. Atque plurimum sane refert, ut haec doctrina de communicatione Idiomatum, convenienti discrimine & distincte tractetur & explicetur. Propositiones enim & predicationes, quibus utimur, cum de Persona Christi, ejusdemq; Naturis ac proprietatibus loquimur, non omnes unius sunt generis aut modi. Et si quando, non satis dextre & distincte hoc negotium tractatur, tum & doctrina haec involvitur, & lector simplex facile perturbatur.

Quot sunt igitur genera seu modi Communicationis Idiomatum & Prædicatio-
num?

Concordie Formula totum hoc negotium tribus I. REGU-
præcipue capitibus, seu Regulis comprehendit; hisce LA Germ.
verbis rem omnem fundamentaliter explanans. fol. 307.

Cum in Christo duæ sint distinctæ Naturæ,
quæ essentius & proprietatibus suis, neque mutantur,
neq; confunduntur: utriusq; vero naturæ, una tan-
tum sit Persona: propterea illa, qua unius tantum na-
turæ propria sunt, non isti naturæ solùm, quasi separa-
tæ, sed toti Personæ, qua simul Deus & Homo est (sive
Deus sive Homo appelletur) attribuuntur.

Sed in hoc Prædicationum genere non sequitur,
quod ea, quæ toti Personæ tribuuntur, simul utriusq;
Naturæ sint propria: sed distincte declarandum est,
secundum quam naturam aliquid toti Personæ ad-
scribatur. Ad hunc modum loquitur Paulus, cum de
Christo dicit: Christum genitum esse ex semine Da-
vidis, secundum carnem. Et Petrus de Christo in-
quit, quod sit mortificatus carne: & quod passus sit in
carne.

T

Cum

Cum autem & occulti & aperti sacramentarij sub hac regula (quando dicitur, quod toti Personæ tribuatur, quod uni naturæ proprium est) pernitiosum suum errorem occultent: dum totam quidem Personam nominant, interim tamen unam, eamq; (ut sic dicamus) nudam tantum naturam intelligent, alterum autem penitâs excludunt: quasi sola humana natura pro nobis passa sit, placuit D. Lutheri verba hoc loco recensere, ē majori ipsius de Cena Domini Confessione, in quibus de Cinglii Allœosi agit: ut Ecclesia Dei quam optimè adversus errorem illum præmunica tur. Verba autem D. Lutheri sic habent:

Hoc Cinglius vocat Allœosin, cum aliquid de divinitate Christi dicitur, quod tamen humanitatis proprium est: & contrâ Verbi gratia, ubi in Scriptura dicitur: Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? ibi nugatur Cinglius, quod vocabulum (Christus) hoc loco pro humana Naturâ sumatur. Cave tibi, cave, inquam, tibi ab Allœosi: est enim larva quædam Diaboli: quæ tandem tam Christum fugit, secundum cuius rationes ergo certè nolim esse Christianus. Hoc enim illa vult: quod Christus nihil amplius sit, aut efficiat sua passione & vita, quam alius quispiam sanctus. Si enim persuadere mihi patiar, ut credam solam Humanam Naturam, pro me passam esse, profectò Christus mibi non magni pretij Salvator erit: quippe, qui ipse tandem Salvatore egeat. In summa, verba explicari non potest, quid Diabolus per hanc Allœosin moliatur. Et paucis interpositis: si forte venefica illa, domina RATIO (cuius neptis est ipsa Allœosis) reclamare voluerit, dicens: Divinitas neque pati, neque mori potest: tu respondebis: verum id quidem est: nihilominus tam

men, quia Divinitas & Humanitas in Christo unans Personam constituant. Scriptura propter Hypostaticam illam unionem, etiam divinitati omnia illa tribuit, quae humanitatis accidentia: & vicissim Humanitati, quae Divinitatis sunt. Et sane revera ita res se habeant. Hoc enim sacerdotie necesse est: hac Persona (monstrata Christo) patitur, moritur: hac autem persona est versus D E I S. Recte igitur dicitur: Filius D E I patitur. Etsi enim una ipsius pars (ut sic loquar) Divinitas, videlicet, non patiatur: tamen ea Persona, quae Deus est, patitur in altera sua parte, nemirum in humanitate. Revera enim Filius D E I pro nobis est crucifixus, hoc est, Persona, quae D E I S est. Ipsa enim (inquam) Persona crucifixa est, secundum Humanitatem. Et rursus post aliqua: si constabit aliofis ut eam Cinglius proponit, in Christo duas Personas esse necesse erit, divinam videlicet & humanam: quandoquidem Cinglius dicta Scripturæ de Passione tantum ad humanitatem inflectit, eaq; prorsus à divinitate removet, ubi enim opera separantur, ibi etiam Personam ipsam dividendi necesse est, cum omnia opera, omnesque passiones non naturis, sed Personæ tribuantur. Persona enim ipsa est, quæ omnia illa agit. & patitur: hoc quidem secundum hanc naturam: illud vero secundum alteram naturam: quæ sane omnia viri eruditis sunt notissima. Quare sentimus, Domini num nostrum Iesum Christum esse D E I M & Hominem in una Persona, non confundendo naturas, nec dividendo Personam.

In eandem sententiam loquitur D. Lutherus etiam in eo libello, quem de Conciliis, & Ecclesia scriptis: Secundum id nobis Christianus est, nisi D E I S in altera lance sit, & pondere rincat, nos lance nostra deorsum

ad interitum) ferri. Hoc sic accipit voto: nisi haec vera sint: Deus mortuus est pro nobis: & si solus Homo pro nobis mortuus est: tum profectione prorsus actum fuerit de nobis. At v. si Dei Mors, & quod Deus ipse mortuus est, in altera lance ponitur: tum ille deorsum fertur: nos vero instar vacue & levioris lancis sursum tendimus. Sed & ille deinde rursus vel sursum tendere, vel e lance exilire potest. Non autem poterat in lacentem descendere & considerare nisi nostri similis, hoc est, Homo fieret: ut vere & recte de ipsis Passione dici posset: Deus mortuus est, Dei Paschæ, Dei sanguis, Dei mors. Non enim in sua natura DEUS mori potuit. Postquam autem Deus & Homo unitus est in una Persona: recte & vere dicitur: Deus mortuus est: quando videlicet, ille Homo moritur, qui cum Deo unum quidam, seu una Persona, Hactenus Lutherus.

Ex his liquet non carere errore, si quis dixerit, scripsit vice, quod commemorata propositiones (Deus passus est. Deus mortuus est) sint tantummodo predicationes verbales, hoc est, nuda verba sine re. Simplissima enim Christiana fides nostra docet, quod filius Dei, qui homo factus est, pro nobis passus ac mortuus fit, nosque sanguine suo redemerit.

II.

Deinde, quod ad rationes Officij Christi attinet, Persona non agit & operatur, in, seu, cum, una, vel per unam naturam tantum: sed potius in, cum, & secundum atque per utramque naturam: seu ut Concil. Chalcedonense loquitur: una Natura agit seu operatur cum communicatione alterius, quod uniuscujusque proprium est. Itaque Christus est noster Mediator, Redemptor, Rex summus Pontifex, Caput & Pastor, &c. non

non secundum unam tantum Naturam, sive divinam,
sive humanam; sed secundum utramque Naturam.

Præterea etiam hoc quæritur. An duæ illæ
Nature in hypostatica unione in Christo nihil amplius
est, nisi suas naturales, essentiales proprietates habeant,
quod enim easdem habeant, atque retineant, supradicuimus.
Quantum ergo ad divinam in Christo na-
turam attinet, cum apud Deum nulla sit (ut Iacobus
testatur) transmutatio: divinis ipsius naturæ, per In-
carnationem, nihil (quo ad essentiam & Proprietates
eius) vel accessit, vel decessit, & per eam, in se, vel per
se neque diminuta, neque aucta est.

III.

Quod vero ad humanam Christi naturam attinet,
non defuerunt quidam, qui contendentes eam in per-
sonali etiam, cum divinitate Unione, nihil amplius ha-
bere, quam dunt aut suas naturales essentiales Pro-
prietates, quarum ratione, fratribus suis, per omnia
similis est. Unde affirmarunt, humana in Christo na-
turæ, nihil eorum tribui oportere, quod ipsius natura-
les Proprietates excedat, aut exuperet. Etiamsi Scripturæ testimonia, humanae Christi naturæ talia dona
tribuere videantur. Hanc verò ipsorum opinionem
falsam esse, Verbo DEI adeò perspicue demonstrare
potest, ut etiam ipsorum confortes, cum ipsum erro-
rem reprehendere cœperint. Sacra enim literæ & Or-
thodoxi patres, Scriptura verbis edicti testantur,
quod Humana natura in Christo, eam ob causam, &
inde adeò, quod cum divina natura Personaliter uni-
ta est (jam deposito humiliationis statu glorificata,
& ad dexteram majestatis & virtutis divinæ exalta-
ta) præter & supernaturales, essentiales, atque in ipsa
permanentes humanas proprietates, etiæ singulares,
excellenissimas, maximas, præter naturam imperve-

T 3 stigabi-

figabiles, ineffabiles atque cœlestes prærogativas Majestatis, Glorie, Virtutis ac Potentiae, super omne, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, acceperit. Quare humana in Christo natura (su modo & pro ea ratione, que illi convenit) in execundo officio Christi efficaciter cooperetur. Idq; non tantum accipiendam est, de illis Proprietatibus naturalibus atque essentialibus, aut quoq; earum Virtus & efficacia progreditur: sed cum Scriptura sentimus, eam cum divina natura cooperari, precipue secundum Majestatem, gloriam, virtutem atque potentiam, quam per Unionem Hypostaticam, glorificationem & exaltationem accepit. Hæc ibi Germ. Exemp fol. 307. & seqq. Quibus totius negotij Fundamenta & Veritas, quam contra, nec portæ Inferorum prevalebunt, secundum Scripturas sacras solidè explicantur.

Quia vero in hoc Mysterium etiam Angeli de cœlo prospicere desiderant, i. Petr. i. vers. 12. Et hæc, quæ audivimus, abundantius nos observare oportet, ne præterfluumus, Hebr.

21. ego pluribus etiam hæc mihi cupio explicari.

Si totum incarnationis, & redemptionis nostra negotium, uti in Sacris Literis nobis propositum est, andamus nostris pie contemplamur, hæc ordine deprendimus.

Primum, D E I L S de salute nostra clementer & paternè ab eterno deliberans, in temporis plenitunne, Filium suum in mundum misit, factum ex muliere: atq; sic Verbum caro factum, & Filius D E I Incarnatus est, in Hypostaseos sue unionem assumendo, & appropriando sibi verum Hominem.

Hic

Hic ipse Filius Dei, assumptum ex Maria virgine, & in Personæ unitatem unitum hominem, in suæ di-vinae majestatis & celstitudinis Thronum proprium evezit: atque sic humana Christi natura per unionem hypostaticam ad divinam majestatem & gloriam est exaltata.

Per Incarnationem itaque Filij Dei; assumendo hominem in Deum, Christus constitutus est, qui verus Deus & verus Homo, in una Persona existit: mutua facta Proprietatum communicatione.

Denique hic Christus totus, & secundum utramq; naturam, nostræ Redemptionis opus, cuius gratia in bunc mundum venerat, absolvit; pro totius mundi peccatis seipsum offerens, factus Sacerdos sempiter-nus.

Ex hisce & genera & Ordo Communicationis Idiomatum eleganter efflorescunt.

Nam $\Delta\gamma\Theta$ Filius Dei in Personæ sue unitatem hominem assumendo omnes ejusdem infirmitates & Proprietates assumpit.

Idem suam ipsius propriam Hypostasin, assumpto homini Communicando; seipsum illi & omnem divi-nam suam majestatem communicavit.

Hac mutua naturarum, earundemq; Proprietatum facta Communicatione, scriptura non tantum de na-turis ipsis; sed de Christo, qui utraq; natura est, easdem enunciatur.

Quia denique Redemptionis opus ita comparatum fuit, ut neque DEUS solus, neq; homo solus id effi-cere valeret (neque enim Deus nudus pati, neque ho-mo nudus vincere potuisse) ad illud efficiendum utri-usque naturæ operationum mutua communicatio concurrit.

T. 4.

Quot

Quæ sunt igitur genera seu modi Prædicatio-
num, cùm de Persona Christi, ejusdemq;
naturis ac proprietatibus lo-
quimur?

D.D. Ger. Concordie Formula, ut ex premissu constat tri-
lachius in bus Reguliu rem omnem complectitur; illarum vero
binis Dis-
putationi-
bus, de
Communi-
catione
Idiomat.
An. 1596. &
1602.
Prima, quia cum adjuncta diexodus bimembri est (ubi
namque, & de Proprietatibus utriusque Naturæ agi-
tur, quæ Christo: & de Proprietatibus humanis, qua-
nitate Filio Dei attribuuntur) manifestum est, Omnia di-
stincte numerando, in Scholis maxime docentibus,
quatuor genera seu modos Prædicationum efflores-
cere. Quam ob causam reprobendi non possunt, qui sin-
gulos modos evolentes singulos illos, in singulas Præ-
dicationum Classes digerunt numerantque. Noster-
narium quidem Regularum numeru observaturi: que
tamen copulata sint, Lectorem admonituri sumus.

Ad ordinem illarum quod attinet, parum resert,
quo qui quod ordine seu methodo quodvis argumentum,
seu questionem tractet; modo veritati ris non infusa-
tur. Nam temporum, reru, atque personarum circum-
stantiae, non raro ipsis Dispositionibus, causam & oc-
casiones praebent. Quam ipsam ob rem Concordie For-
ma, Majestatem Christi hominis, que maxime con-
troversa fuit, tertio loco, & copiosiori explicationi re-
servavit; que alioquin in naturali communicationis
ordinib præcessisset.

Quæ igitur ordine Communicationis Idio-
matum genera seu modos re-
ceases?

I. Primum est, Assumptio propriorum carnis: quæ
nimirum propria humanae nature, Filio Dei adscri-
bitur.

Ch

Cui in Concordiae Formulae (ut ex superioribus patet) illud Prædicationis genus præmittitur, quo de tota Persona Christi, alterutrius naturæ Idiomata enuntiantur.

Συναρμ-

Φορτερ-

πος.

Secundum, Communicatio proprietorum divinitatis: quo Majestas gloriae divina, homini assumpto Metadistribuitur.

II.

Tertium, Communicatio operationum, quâ Redemptionis opera, toti Christo, secundum utramque naturam, divinam & humanam, adsignantur.

τῶν ἐνερ-

De quibus omnibus ordine tractabimus. Ubi tamen quadratur notandum: ea, quæ in Formula Concordiae de operationum Communicatione, in secunda Regula breviter pertractantur, hic tertio loco reservata esse: & quæ ibi, ut maxime controversa, de Majestate Christi hominis, ad tertium numerum, propter copiosiorem Expositionem rejecta sunt, hic observato naturali Communicationis ordine in secundum locum esse revocata. Quæ Methodi ratio, neminem (spero) pium & candidum Lectorem est perturbatura.

τῶν ἐνερ-

I. GENUS.

Quòdnam est Primum genus Communicationis Idiomatum?

Primum Communicationis genus est, quo assumpta humana naturæ propria, de assumente Λόγῳ seu Filio Dei enunciantur. Sed huic generi, & ceteris omnibus in Concordiae Formula, illud prædicationis genus præmittitur, quod de tota Persona Christi, utrisque naturæ propria, secundum alterutrius (naturæ) Proprietatem enunciantur.

Unde patet, primam illam Regulam duorum esse membrorum. Quorum prius totam Christi Personam, posterius alteram naturam considerat.

T. s.

Pri-

Primum igitur illud Prædicationum genus explicata, quo de CHRISTO utriusque Naturæ Idiomata enunciantur.

Συναρθε-
μένης
vel iuxat-
eius.

Quia in Christo due distinctæ naturæ sunt, utriusque verè una tantum composite Hypostasis, de qua utrumque constituentium, & DEUS & Homo vere prædicatur: eam ob causam utriusq; etiam naturæ Idiomata de eadem Hypostasi enunciantur: & ea, que unius Naturæ propria sunt, Toti Personæ, quæ simul Deus & Homo est, attribuuntur, alterius quidem naturæ respectu per Communicationum Idiomatum, alterius per Naturæ Proprietatem.

Da Exempla hujus generis.

I. Interdum divina Propria de CHRISTO enunciantur.

Matth. 28. 20. Ecce ego vobisum sum, omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.

1. Cor. 8. 6. Ilnus Dominus Iesu Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

2. Cor. 13. 5. Iesu Christus in vobis est.

Coloss. 3. 11. Omnia & in omnibus Christus.

II. Interdum enunciantur de Christo humana verbigratia:

Christum natum esse, Luc. 2. 11.

Christum esse ex semine Davidis, Matth. 22. 42. 2. Tim. 2. 8.

Christum passum & crucifixum esse, Luc. 24. v. 26. 46. Act. 17. 3. 1. Cor. 1. 13. & 22. 1. Pet. 2. 21.

Christum mortuum & resuscitatum esse, Rom. 8. 34. & 14. 9.

Quid

Quid h̄ic est observandum?

Quanquam in hoc prædicationis genere utriusq; naturæ Idiomata Personæ Christi attribuuntur: non tamen illa utriusq; naturæ propria fiunt; sed cujus sunt Propria, Propria manent: tribuuntur autem Christo, quia duarum naturarum una Hypostasis est, que simul Deus & Homo est. Ne igitur Idioma de Christo enunciatum, utriusq; naturæ Propterea, quæ prius putetur: sèpius per distinctivam Particulam, secundum cujus naturæ Proprietatem tribuatur, ostenditur, ut:

Act. 2, 20. Christus est ex lumbis Davidis, secundum carnem.

Rom. 6, 5. Christus est ex Patribus, secundum carnem.

Cor. 13, 4. Christus crucifixus est, ex infirmitate. sed vivit ex Virtute Dei.

1. Pet. 3, 18. Christus mortificatus quidem carne vivificatus autem spiritu.

1. Pet. 4, 1. Christus passus pro nobis carne.

Non ubique tamen distinctiva Particula expressè ponitur; sed ex alijs locis, & naturarum in Christo conditionibus intellecta colligitur.

Act. 2, 36. Certissime sciat omnis Domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis.

Eph. 1, 20. Christus Iesus suscitatus à mortuū, & constitutus ad dextram Dei celestibus.

Philip. 2, 6. Christus Iesus, cum in Forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalē Deo, sed semetipsum exinanivit Formam servi accipiens.

Quam-

I.

II.

III.

Quamobrem diligenter ubique, & accuratè considerandum, atque distinctè declarandum est, quid & secundum cuius naturæ Proprietatem vel conditionem aliquid Christo tribuatur. Hec n. neglecta distinctio, Eutychianam, & alias plures heres peperit; & pernitiosas confusiones.

Sed unde sciam ego, quæ secundum Divinitatem, & quæ secundum Humanitatem de Christo dicuntur?

Hec non aliunde melius, quam ex cuiusvis dicti propria sede, & Argumenti circumstantijs dijudicari possunt: per pensa considerat ag³(ut Athanas. loquitur, Orat. 4, contra Arianos) indole cuiusvis dicti. Si aliena abhorrentia ag³ videbuntur, non Divinitati ejus, sed Humanitati attribuenda sunt.

Generaliter tamen hanc Regulas observare licet:

I.

Quæ de Christo dicuntur, & ipsam λόγον efficiant & divinitatem notant: vel ea tempora respicunt, que Incarnationis dispensationem sunt antegressa: illa secundum divinæ naturæ Proprietates distinguitur. Cujus generis sunt illa.

Ioh. 10, 30. Ego & Pater unum sumus.

Ioh. 14, 9. Qui M E videt, videt P A T R E M.

Ioh. 14, 10. Ego in Patre, & Pater in me est.

Et illa, Ioh. 8, 58. Antequam Abraham fieret, egum.

1. Cor. 10, 9. Christus tentatus in deserto.

Eph. 3, 9. Per Christum omnia condita.

Quæ vero de Christo dicuntur, & vel manifestam carnis Proprietatem exprimunt: vel de Christi exaltatione.

II.

que, & exaltatione in tempore facta: vel ejusdem exaltatione sonant: illa secundum Humanitatem Christi ieiuitur dicta intelliguntur.

Hoc ergo. Cujus generis sunt hæc & alia plurima:

Matth. 28, 18. Data est mihi omnis Potestas in cœlo & in terra.

Act. 2, 36. Dominum & Christum fecit D E U S,
nunc Iesum, quem vos crucifixistis.

Philip. 2, 7. Christus Iesus semetipsum exinanivit.

Hæc, & similia de Christo enunciata secundum humanæ Naturæ conditionem dicta accipiuntur. Hoc enim est, quæ exaltari & humiliari se exinaniri potuit. Et sic explicata hujus generis Testimonia loquuntur majestatem quoq; Christi Homini confirmantes dicti. Sicut illæ qua in secundo Communicationis genere tractati sunt, sicut. Quo etiam respectu ibi vim & usum habent maximum.

Quid igitur hoc Loco amplius Observandum venit?

Quemadmodum de Filiō Dei (propterea, quod de eum ipso, H O M O prædicatur) non tantum ea enunciantur, que Homini Propria sunt: ut Filius D F I natus, passus, & mortuus est, verum & illa, quæ Homini per Majestatis Communicationem competunt: Una de Filio Dei; quod Vita illi, quod Iudicij Potestas, A T R E M quod sessio ad dextram Dei concessa sit, tribuitur. Ita similem ad Modum, quia de C H R I S T O ham suum quoq; H O M O prædicatur, non tantum Homini propriæ; sed homini quoq; communicata Majestas, & Majestati opposita Exinanitio, de eodem C H R I S T O prædicantur. Adeoque non tantum humanitatis propria; sed quæcumq; de homine assumpto, sive per naturam, sive per Majestatis, aut Dispensationis Conditionem

tionem dicuntur, eadem de Christo dicuntur. Eam ob causam Christus factus dicitur Dominus: Christus exinanitus. Christus exaltatus ad Detram Dei: non tamen secundum utriusq; sed secundum alterius Natura Conditionem.

Suntne hujus Explicationis Vestigia, in puriore quoque Antiquitate?

In promptu sunt purioris Antiquitatis, pulcherrima Axiomata, quibus, secundum quam Naturam quodq; Christo tribuendum intelligendum vobis sit, luculentepater.

Athanafius, citante Theodoreto, Dialog. 2. Quaecunque Scriptura dicit, Christum in tempore acceptisse: propter Humanitatem dicit, non propter Divinitatem.

Cyrillus lib. 2. ad Reginas: Accepisse Gloriam, Potestatem, & Regnum super omnia, referendum est, ad conditiones Humanitatis.

Leo Epist. 22. Dicant Adversarij veritatis, quando omnipotens Pater vel secundum quam Naturam Filium suum super omnia evexerit: vel cui substantia cuncta subjecerit; Deitate enim ut Creatori, semper subjecta fuerunt. Huis si addita Potestas, si exaltata sublimitas: minor erat provehente, nec habebat divinitas ejus Natura, cuius indiguit largitate. Sed talia sentientem in societatem suam Arius caput.

Idem Epistola 95. Quicquid in tempore accepit Christus secundum Hominem accepit, cui, que non habuit, conferuntur.

II. Prae-

II.

Præmisso hoc Prædicationis Genere, quomo-
do describis primum Genus Com-
municationis Idioma-
tum?

Primum Genus Communicationis Idio-
matum, est Vera & Realis *idiōtōiησις*, vel *οἰκεῖων*^{idiōtōiησις} vel *οἰκεῖων*^{οἰκεῖων}, qua Filius Dei, verem hominem intra suæ *οἰκίας*, Hypostaseos unitatem assumendo, simul o-
mnia istius Idiomata assumpsit, sibique reali-
ter appropriavit: Unde de Filio Dei dicuntur
Humana.

Acto. 20. 28. Deus proprio sanguine acquiſtit Ec-
clesiam.

Galat. 2. 20. Filius Dei dilexit me, & tradidit
semetipsum pro me.

Damascenus de Orthod. Fid. Lib. 3. cap. 3. circa fi-
nem. Οἰκεῖται δὲ τὰ ἀνθρώπινα ὁ λόγος. Quæ
humana sunt, Verbum sibi attribuit.

Athanasius de unita deitate Trinitatis, Libr. sive
Dialog. 3. Qui est de Assumptione Homini, autem si-
nem dicit: Deum infirmitatem homini, quam as-
sumperit, Deitatis suæ imputasse.

Da Exempla hujus generis.

Iohan. 1. 14. Verbum caro factum est (hoc est, Filius
Dei in plenitudine temporis factus & natus est homo,) &
habitavit in nobis.

Rom. 8. 32. Deus proprio Filio non pepercit, sed pro
nobis omnibus tradidit illum.

Galat. 4. 4. Ubi venit plenitudo temporis, misit
Deus Filium suum factum ex muliere:

1. Tim. 3. 16. Deus est manifestatus in carne.

z. Ioh.

1. Ioh. 1. Apostoli audierunt, Oculis viderunt & confixerunt, manibus contrectarunt Verbum Vitæ.

Ibid. v. 2. Vita manifestata est, & vidimus, & testimoniū, & annunciamus vobis Vitam eternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.

Sic Luc. 1. 2. Apostoli fuerunt αὐτὸν θαυμάσιοι:

i. Iohann. 3. 8. Filius Dei apparuit.

Ergo tu, secundum hoc Primum Genus
Communicationis, Filium Dei, verè natum ex
Maria Virgine & eundem verè pas-
sum, crucifixum & mor-
tuum esse cre-
dis?

Firmissime. Quanquam enim nasci, pati, cruci-
figi, mori, &c. sint Proprietates humanae naturæ:
Quia tamen hanc Filius DEI in SUÆ Personæ Uni-
tatem sibi associavit & APPROPRIAVIT: ut
non sit alius Filius DEI, & alius Filius Hominis: pro-
pterea Filio DEI quoque verè & realiter attribuun-
tur; quæ assumptæ naturæ humanae Propria sunt.
Recte igitur & vere dicitur: DEUS nascitur, DEVIS
patitur, DEVIS moritur: Cum illa Persona mori-
tur, quæ in Unitate verus DEVIS & verus Homo
est. Idque præmissa Scripturæ Testimonia clarissime
testantur.

EPISTOLA Concilii Ephesini ad Nestorium
Tomo 1. Concil. pag. 537. Confitemur etiam, quod
idem ipse, qui ex DEO Patre natus est, Filius Unige-
nitus DEUS, licet juxta Naturam suam, expers Pas-
sionis extiterit, pro nobis tamen secundum Scriptu-
ras perpetuus sit, & erat in crucifixo corpore propriæ
Carnis, impossibiliter ad se referens Passiones.

Ad su-

At supra dixisti, Filium Dei ab assumpta natura, nihil nec perfectionis, nec imperfectionis accipere, Annon vero jam accepisse dicis, dum afferis, ipsum Filium Dei natum, passum & mortuum esse?

Non sequitur. Quanquam enim passus & mortuus vere dicitur Filius Dei, non tamen ille, in natura sua divina (que impensisibilis & immutabilis est) passus & mortuus est: sed in assumpta & propria carne: quam λόγος, cuius propria, & in Hypostasew Vnitatem intimè sociata fuit, ipsis omnibus injuriis (propter Reparationem humanae salutis) non subtraxit. Passio igitur & reliquæ omnes infirmitates humanæ, quamvis per naturæ conditionem Divinitati non competant, tamen propter intimam illam & ineffabilem naturarum Communionem, & Personæ Vnitatem, non minus ad Filium Dei pertinent; quam si illas in ipsa Natura sua divina sustinuisse.

Athanasius ad Epictetum. Circa medium. Clavos aliquo modo Verbum ipsum sustinuit, eò, quod videns illos in suo Corpore affixos, incorporalis ille cum prohibere posset, non prohibuit: sed sibi vendicavit, tanquam sua ipsius quæ propria erant corporis.

Et post pauca. Quod Humanum patiebatur Corpus, hæc eadem Verbum, quod Corpori conjunctum erat, ad se referebat, ut nos licet deitatis Verbi participes fieri, Atq; illud ipsum per quam mirum fuit, eundem fuisse & patientem & non patientem: Patientem quidem, quatenus ipsius proprium corpus, in quo erat, potiebatur: non patientem vero, quatenus ex natura Deus impensisibilis erat. Ioseq; Incorporeus, in corpore patibili existebat, corpusque vicissim Filium Dei impatibilem retinebat, absumentem corporreas Infirmitates.

Quamnam fraudem committunt Calviniani
in hoc primo Communicationis
genere?

Maximam & pernitiosissimam. Licet enim
ejusmodi Propositiones admittere cogantur: Filius Dei
est passus: Filius Dei est mortuus: ita tamen inter-
pretantur: ut alteram duntaxat naturam intelli-
gant, alteram vero simpliciter excludant: perinde ac
si sola humana natura pro nobis passa esset.

Qua ratione (quantum in ipsis quidem est) to-
tum Redemptionis opus evacuatur & annihilatur. Ni-
si enim Deus passus, Deus crucifixus, Deus mortuus est,
nos adhuc sumus in peccatis: negata est mors, Dia-
bolus aut Infernus.

Probandum igitur est, in ejusmodi Proposi-
tionibus, Filius Dei natus, passus & mortuus
est, nullam esse Cinglianam Allæosin:
qua Naturam pro Natura

sumit?

Nullum esse in hujusmodi Propositionibus Cinglia-
nam Allæosin; hoc est, cum aliquid de Divinitate de-
citur, illud per solam nominum Commutationem non
esse intelligendum de humanitate: vel etiam cum de
Christo sermo est, illud non de sola humanitate esse ac-
cipiendum: Formula Concordie in supra citatis ver-
bis aliquot manifestissimis & invictis argumentis e-
vincit.

I. Primum enim hic pernitiosus pronun-
tiatur, & rejicitur error Sacramentariorum, dum
totam quidem Personam nominant, interim tamen
unam eamq; (ut sic dicamus) nudam tantum natu-
ram, intelligunt, eam nimirum, cui, Idioma, per natu-
rae Proprietatem competit: alteram autem penitus
exclu-

excludunt : quasi sola humana natura pro nobis passa fit.

I. I.

Eundem in finem , ut Ecclesia Dei , quām optimē adversus errorum illum præmuniatur (quo tota quidem Persona nominatur , sed una tantum natura intelligitur) verba Lutheri contra Cinglianorum Alloëfin , ex maiore illius de Cœna Domini Confessione in Concordia Formula allegantur .

III.

Ipsa illa citata Lutheri verba Cinglianam istam Alloëfin , non tantum Diaboli larvam esse pronuntiant , sed quodd eadem , omne Christi officium enervet , & totius salutis nostræ fundamenta prosteruat , gravissime demonstrant . Si enim persuaderi mibi patiar , ut credam solam humanam naturam prō me passam esse ; profecto Christus mibi non magni pretij Salvator erit , quippe qui ipse tandem Salvatore egeat .

IV.

Explosa Cinglii pernicioſiſſima Alloëſi , subiungunt citata D. Lutheri verba Regulam mutua Proprietatem in naturis Christi Communicacionis , quæ ſic habet : Quia divinitas & Humanitas in Christo unam Personam conſtituant : Scriptura propter hypostaticam illam unionem , etiam Divinitati omnia illa tribuit , quæ humanitatis accidentia ; Et Veriſim humanitati , quæ Divinitatis ſunt .

V.

Confestim illa Regula ſyllogismo conſtruitur , qui non citius , quām ſoluta personali unioni refutari potest : Is ex Luthero ibi citatus est talis : Hæc Persona (monstrato Christo) patitur , moritur . Hæc autem Persona est verus Deus . Recepit igitur dicitur , Filius Dei patitur . Addita ibidem explicatione . Quod licet Filius Dei in natura ſuę Proprie-

V. 2. late

tate non patiatur: patiatur tamen in persona Unitatem assumpta & propria sua Humanitate.

VI.

Eadem Cingliana Allœosis (qua natura pro natura, vel protota Persona altera tantum natura subtiliter tanmitur (per absurdum refutatur, nimis per divisionem unionis Personalis, & geminationem Personæ: quam separatis, ut quam tamen in Christo unicam esse, Catholica veritas est manifestum. Sic n. habent citata Lutheri verdiæ Forma loquitur, b: Si constabat Allœosis, ut eam Cinglius proponit, in sed toti Christo duas Personas esse, necesse erit, divinam vide personæ, licet & humanam. Quandoquidem Cinglius dicta Scriptura de passione, tantum ad humanitatem inflebit, quæ ambæ naturæ est: eaq; prorsus à divinitate removet. Ubi enim opera separantur, ibi etiam Personam ipsam dividere necesse est: Condicio: nē & Propter Cūm omnia Opera omnesq; Passiones (a) non naturæ, prietatem sed Personæ tribuantur. Persona enim ipsa est, quæ naturæ; alio teri per omnia illa agit & patitur, quæ sane omnia virū eruditus sunt notissima.

Sed eadem pernitosissima Allœosis, etiam sequentibus Lutheri verbis, ibidem, citatis, validissime refutatur, ex libro, quem de concilijs & Ecclesia Lutherus scripsit. Sciendum nobis Christianis est, nisi Deus in altera lance id, & pondere vincat, nos lance nostra deorsum (ad interitum) ferri. Hoc sic accipi volo: nisi haec vera sint: Deus mortuus est pro nobis: &, si solus Homo pro nobis mortuus est, tūm profecto prorsus actum fuerit de nobis. At vero, si Dei Mors, &, quod Deus ipse mortuus est, in altera lance ponitur: tūm ille deorsum fertur; nos vero instar vacue & leviorū lancis sursum tendimus. Sed & ille deinde rursus vel sursum tendere, vel è lance exilire potest. Non autem poterat in lance descendere & considerare, nisi nostri similis, hoc est, Homo fieret: ut vere & recte de

VII.

de ipsis passione dici posset: Deus mortuus est: Dei passio: Dei sanguis: Dei Mors. Non enim in sua Natura Deus mori potuit. Postquam autem Deus & Homo unitus est in una Persona, recte & vere dicitur: Deus mortuus est: quando videlicet, ille Homo moritur, qui cum Deo unum quiddam, seu una Persona est. Hacenus Lutherus. Quibus omnibus verbis Diabolica Allœos larva depingitur: Si nimirum in dictis propositionibus hujus generis, natura pro natura, vel prota Persona, altera tantum natura sumatur, totum salutis nostræ negotium funditus convelli.

Hisce omnibus ex D. Luthero, quæ inconstitue veritatis fundamenta habent, citatis. illiusq; Allœosi profigata. Concordie Forma Locum istum hunc concludit, dicens: non carere errore, si quis dixerit scripteritve, quod commemoratæ Propositiones (Deus passus est: Deus mortuus eus) sint tantummodo predicationes verbales, hoc est, nuda verba sine re. Simplissimam enim Christianam fidem nostram docere, quod Filius Dei, qui homo factus est, pro nobis passus ac mortuus sit, nosq; sanguine suo redemerit.

Huce omnibus, luce meridianâ clarius evadit, Cinglianam Allœofin, quam Calviniani & Iesuitæ bodie novo opere recidunt, modis omnibus explodendam esse: ut quæ saluti fundamenta penitus evertat: & ipsissimo Nestorianismo, paratusq; sternat viam, ubi cunq; enim naturarum opera separantur, ibi etiam Personam dividi. & pro una duas resultare necesse est. Cujus divulgationis & separationis rectissime damnatus est Nestorius, Mariam Geor'ionov esse negans, licet alioquin unam Christi & singularem Personam confiteretur.

VIII.

Quid præterea in hoc Primo genere obser-
vandum est?

Ad hoc primum Communicationis Genus etiam illud pertinet, quando Homini assumpti Communica-ta gloria de Filio Dei enunciatur.

Quemadmodum enim naturæ humanae Proprietates, per hoc Communicationis genus, Filio Dei adscribuntur: sic ejusdem Naturæ, per Communicatio-nem Idiomatum acquisita gloria & maiestas, per eundem modum, geminata quadam & reciproca Com-municandi ratione, Filio Dei attribuitur. Exaltari, verbi gratia, ad Dextram Dei, per Majestatis Com-municationem tribuitur assumpto Homini: Et hoc ipsum etiam de Filio Dei enunciatur. Quia omnia, que de hoc homine (sive per Naturæ Conditionem, si-ve per Communicatam gloriam) dici possunt: ipsi quoq; Filio attribuuntur.

Unde Athanasius, de natura humana suscep-ta, non procul ab initio: que ejus sunt (loquitur de filio) de ipsius persona referuntur.

Psal. 110. 1. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.

Iohan. cap. 5. vers. 26. Sicut Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semeti-psò. In quæ verba Athanasius dicto loco: Vitam dedit filio Pater: Carni vitam datam esse intelligere oportet. Si enim ipse est vita nostra, quomodo vita vitam acceperit?

Ibidem vers. 27. Filio data est potestas Iudicij fa-ciendi, quia filius Homini.

Hebr. 1. 3. Filius, qui est splendor gloria, & chara-cter substantie ejus (Patris) portansq; omnia verbo virtutis sue, &c. sedet ad dextram Majestatis in ex-celsissimis.

celfis : tanto melior Angelis factus, quanto excellentius
præ illū nomen hereditavit.

Ibd. vers. 8. & 9. Ad Filium dicit, Propterea uni-
xit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participi-
bus tuis. Psal. 45. 8.

Huc pertinet Regula Antiquitatis.

Athanas. de natura humana suscepta, post initium:
Quæcunque dicit Scriptura accepisse Filium, sive quod
glorificatus sit Filius, ratione illius humanitatis, non
destitutus loquitur.

II. GENUS.

Quod est secundum genus Communica-
tionis Idiomatum?

Secundum genus Communicationis Idioma- Phil. 2.5.
tum est vera & realis Μεταδοσίς, qua Λόγος
Filius Dei, carni suæ, in Personæ unitatem
assumptæ, seipsum & omnem divinæ suæ
celsticudinis gloriam & majestatem ita com-
municat, ut quæcunque Λόγος est, & habet
per essentiam, assumpta caro habeat, per u-
nionis & communicationis personalis gra-
tiam.

τέλεσθαι
πάντα
Μεταδοσίς.

Matth. 28. 18. Data est mihi omnis potestas in celo
& in terra.

Coloss. 2. 9. In Christo inhabitat omnis plenitudo
divinitatis corporaliter.

Basilius in sanctam Christi nativitat. Τίνη τρόπου
ἐν σπέρματι ἡ Γένεσις; ὁ τὸ πῦρος εὐ αἰδήσεως καὶ μεταβολῆς,
ἀλλὰ μεταδοκῆς. Οὐ δὲ επιτέχει τὸ πῦρος εὐ αἰδήσεως τὸ σῖδη-
νεγρα μήποτε διὰ κάραν μεταδίδωσιν αὐτῷ της αἰκίας

διωρίσεως. Οπερ ὑπε τὸ εἰλατέστα τῇ μετάδοσι, καὶ ὅτοι πληρὴ εἰστὶ τὸ μετέχειν. Quomodo deitas est in carne? Sicut ignis in Ferro, non transitivè, sed communicativè. Non enim excurrexit Ignis ad ferrum, sed manens in suo loco, communicat (seu imperiit) ferro ignito propriam suam facultatem (vim seu potentiam) nec communicatione illa minor fit, sed seipso rotum ferrum replet, quod (illa scilicet unione) participes est ignis.

Damascenus de Orthod. Fide lib.3. cap. 7. in fine.
Καὶ αὐτὰ μὲν (θεῖα φύσις) τῶν οἰκείων αὐχνυόντων τῷ σαρκὶ μεταδίδωσι, μηδεποτε αὐτὴ ἀπαθή. Καὶ τὰν τῆς σεξεῖδος παθῶν ἀμελέχει. Hoc est, Ipsa quidem (divina natura) proprias glorificationes carni tradit: cum ipsa maneat impassibilis & immuni passionum carnis.

N O T A.

Hæc duo Communicationis genera, quibus alterius naturæ Proprietates, alteri naturæ in Christo tribuuntur, Damascenus τρόπῳ αὐτοδοσίως appellare solet: quod nimirum alternata & reciproca quadam ratione humana naturæ Idiomata tribuantur naturæ divinæ: Et vicissim, divinæ naturæ Idiomata, attribuantur naturæ humana: Verba prædicti Authoris hæc sunt:

Ioan. Damasc. de Orthod. Fide l.3. c.3. post medium:
Οἰκεῖστα τὰ αὐθεόπινα ὁ λόγος. Αὐτὸς δὲ ἐστὶ τῆς ἀγίας εὐτῆς σαρκὸς ὄντε, καὶ μεταδίδωσι τῇ σαρκὶ τῶν ἴδιων τὴν τῆς αὐτοδοσίως τέσσην. Άλλο τέλος εἰς ἀπληπτα τῶν μερῶν αἰτεῖχεντι, τοῖς τέλοις καὶ τοῖς τερπνοῖς ἔνωσεν. Hoc est: Quæ humanae sunt verbum sibi attribuit peculiariaq; facit: nam ipsius sunt, quæ sanctæ ipsius carnis sunt: & tradit carni sua, secundum alter-

næ tra-

næ traditionis modum, propter naturarum inse invicem accessionem & immanentiam, & secundum unam Hypostasis unionem.

Ibid.lib.3. c.4. Καὶ ἐτόπιον ἡ τὸν αὐτὸν περίστατος φύσιος εἰνδιδόντος τὴν ἑτέραν τὴν ἴδιαν, οὐχὶ τὸν τῶν ταυτότητος, καὶ τὸν εἰς ἄλλην αὐτῶν συγχέοντος. Id est, Et iste modus est Alternationis, alternatæq; attributionis, alterutrius naturæ propria alteri vicissim radentis, propter Hypostaseos Identitatem, & ipsarum invicem immanentiam ac insessionem.

Quænam est Differentia inter Primum, & hoc secundum genus Communicationis Idiomatum?

In Primo genere, humanae naturæ proprietates propter Personæ Unitatem, Filio Dei vere & realiter attribuuntur, ita tamen, ut divina natura IN SE, ab humana neq; Perfectionis, neq; imperfectioni non quicquam accipiat.

In hoc v. secundo genere, humana natura, ultra & supra naturales suas Proprietates, & omnia finitæ perfectionis dona, vere & realiter divinæ nature Majestatem acquirit. Omnipotentiam nempe, Omnicientiam Virtutem vivificandi, Omnipræsentiam, &c. Adeoq; nomen accipit, super omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Epheſ. 1. 21. Phil. 2. 9.

Quæ est ratio hujus diversitatis?

Quia divina natura simpliciter immutabilis est. Propterea illi per Incarnationem, non quicquam vel dari, vel derogari potuit, ac proinde, nec in meliorem, nec in deteriorem statum mutari: Mal. 3. 6. Ego n. Dominus, & non mutor. Humana v. natu-

ra, quia mutabilis est, propterea per unionem personalem, perfici, in meliorem statum transferri, & divina Majestate, per Communicationem Idiomatum exaltari potuit.

Ex hoc discrimine sequi videtur: In primo genere Communicationis Idiomatum esse tantum prædicationem verbalem: Quomodo enim, nisi verbaliter Filio Dei passus tribuitur: cùm divina Natura sit immutabilis & impassibilis?

Non minus in primo, quam hoc secundo genere, est realis Communicatio & Predicatio: ut jam supra demonstratum est. Verè enim passus est Filius DEI: Sed cùm in Silla natura sit impassibilis, passus est secundum PROPRIAM carnem. Quæ passio non minus ad Filium DEI pertinet: ac si in ipsa sua divinitate passus esset: Quod tamen fieri non potuit, propter nature divinæ immutabilitatem. Humana verò Natura, quia mutabilis est, & perfici potuit, ipsa divinarum proprietatum Filij DEI facta est particeps.

I. Quomodo igitur humana Natura divinarum proprietatum particeps facta, & qualis hæc est Communicatio?

Non est verbalis tantum, periphrasis seu modum loquendi, aut nudam communicationem nominum.

Hic enim est pernitosissimus Calvinistarum & Iesuitarum ludus, quo hanc propositionem, Homo est omnipotens, ita interpretantur: Filius DEI est omnipotens, cui Homo personaliter unitus est.

II. Sed est vera & realis.

2. Con-

1. Constat enim est regula: Quæcumque Christo data sunt in tempore, secundum humanam Naturam data sunt.

A humanis de Nat. humana suscepta, circa med.

Quæcumq; dicit Scriptura Filium accepisse, ratione corporis accepta intelligit.

2. Et immota demonstratione patet: Quia CARNI Christi virtus vivificandi adscribitur.

Nec tamen est essentialis, quæ humana natura per essentiam id facta esset, quod est assumens Filius Dei.

Talis enim essentialis Communicatio est in mysterio Trinitatis, in quo Filius ejusdem est essentia cum Patre.

Neque Accidentalis.

1. Non habitualis nimis, quæ humana natura divinitatis propria IN SE, tanquam IN subjecto haberet.

Nam humana natura IN SE, vel PER SE non existit, sed IN Filio Dei. Unde nec divinam majestatem IN SE tanquam IN SUBJECTO habere potest,

2. Nec Physica est, seu naturalis proprietatum transfusio sicut aqua, vinum, aut oleum, de una vase in aliud effunditur.

3. Nec deniq; novarum & equalium Qualitatum in humana natura Creatio.

Ex his namq; omnibus vel Naturarum æquatio, vel Proprietatum confusio, vel earundem certe geminatio, aut abolitio sequeretur. Nihil enim divinitatis derogari, nec humanitas in divinitatem converti potest.

Sed est Communicatio Personalis.

III.

IV.

V.

Qua

Quæ videlicet Filius Dei, divina suæ naturæ Proprietates, non in aliud subjectum effundendo, sed intra Personam suam retinendo, easdem naturæ humanae, in Personæ suæ Unitate assumptæ, verè realiter, atq[ue] ita communicat: ut quocunq[ue], ille habet per essentialiam, id humana natura (non separatis IN S E, sed) IN FILIO DEI existens, habeat per assumptionis, & unionis atq[ue] communicationis PERSONALIS gratiam.

Quæ ratione, neq[ue] naturæ, neq[ue] naturarum Proprietates, vel confunduntur, vel exequantur, vel abalentur: neq[ue] subjectum suum egrediuntur: neq[ue] gemitantur: nec deniq[ue] rerum veritati, atq[ue] Scripturæ caræ contrarium aut alienum quicquam asseritur.

Quæ sunt illæ Proprietates divinæ, quæ humanæ naturæ communificantur?

Coloss. 2,9. In Christo quidem inhabitat OMNIS PLENTUDO Divinitatis corporaliter. Quæ plenitudine proculdubio omnes divinitatis Proprietates veniunt.

In hoc tamen Mysterio tutissima viâ incedimus, si quæ Scriptura sacra humanæ Christi nature apertis verbis tribuit, simplici fide credamus. Illa vero sunt, Omnipotentia, Omniscientia, Omnipræsentia, Virtus vivificandi: Remittendi peccata: Salvandi: Indicandi, &c. Quæ omnia divinæ majestatis communicacionem evincunt clarissimè.

Recita Testimonia & Exempla humani generis.

I.
Majestatem divinam Assumpti Hominis generaliter probant, hac & alia plura Scripturæ testimonia.

Dan. 7

Dan. 7. v. 13. 14. Aspiciebam in visione noctis, & ecce, cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, & usque ad Antiquum dierum pervenit, & in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguae ipsi servient: potestas ejus, potestas eterna, qua non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur.

Matth. 11. 27. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.

Luc. 1. 33. Et dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus: regnabit in domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis.

Ioan. 3. 13 Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius Hominis, qui est in cœlo.

Iohan. 6. 62. Si ergo videritis Filium Hominis ascendenter, ubi erat prius.

Philip. 2. 5. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, &c. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, &c.

Heb. 2. 6. Testatus autem est quodam loco quis dicens: Quid est homo, quod memor es ejus: aut filius Hominis, quoniam visitas eum: minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constitueristi eum super opera manuum tuarum, &c.

Huc etiam pertinent, & in universum omnem Christi hominis communicatam divinam Majestatem validissime probant, omnia illa Scripturæ dicta, que sessionem Christi Hominis ad Dextram Majestatis & Virtutis divinae exponunt: quorum aliqua hic subiecta sunt.

Psal.

Psal. 110, 1. *Dixit Dominus Domino meo, sede à Dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

Matth. 26, 64. *A modo videbitis Filium Hominis sedentem à Dextris Virtutis, & venientem in nubibus cœli.*

Marc. 14, 62. *Videbitis Filium Hominis sedentem à Dextris virtutis, & venientem in nubibus cœli.*

Luc. 22, 69. *Ex hoc erit Elias Hominis, sedens à Dextra Virtutis Dei.*

Rom. 8, 33. *Quis accusabit electos Dei? Deus est, qui justificat, Qui est, qui condemnet? Christus (est) qui mortuus est, i mō qui & resurrecerit, qui est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.*

Ephes. 1, 20. *Deus suscitavit Iesum Christum à mortuis, & constituit ad Dextram suam in cœlestibus, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed & in futuro.*

Heb. 7, 26. *Ponti sex noster excelsior cœli factus.*

Heb. 8, 1. *Talem habemus Pontificem, qui consedit ad dextrā Throni Majestatis in cœlis.*

De Omnipotentia.

Matth. 28, 18. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.*

Philip. 3, 21. *Dominus Iesus Christus omnia sibi subjecere potest.*

Psal. 8, 7. 1. Corinth. 15, 27. Hebr. 28. *Omnia subiecta sunt illi.*

Huc omnia quoque Christi miracula pertinent, que non solum diyina sua virtute edidit, sed in, cum & PER assumptam humanam naturam, diyinam suam potentiam declaravit.

Autor.

Act. 16. 38. Vos scitis Iesum à Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransit benefaciendo & sanando omnes oppressos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Quibus verbis, Petrus, dum unctionis meminit, humanam Christi naturam (secundum quam unctus est) quasi intento dito denotare, & ejusdem divinam communicatam Potentiam demonstrare voluit.

De Omniscentia.

Coloss. 1. 19. In Christo complacuit omnem plenitudinem inhabitare.

III.

Coloss. 2. 3. In Christo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi.

Ibid. v. 9. In Christo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

De Omnipræsentia.

Marth. 18. 20. Ubi duo aut tres in nomine meo congregati fuerint, ibi sum in medio eorum.

IV.

Marth. 28. 20. Ecce, Ego vobis sum, omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.

Ephes. 1. 22. Omnia subiecti sub pedibus ejus: & ipsum dedit Caput super omnia, ipsi Ecclesiæ, quæ est Corpus ipsius, & plenitudo ejus, Qui omnia in omnibus adimpleret.

Ephes. 4. 10. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes Cœlos, ut adimpleret omnia.

Coloss. 3. 11. Omnia & in omnibus Christus.

De virtute vivificandi.

Iohan. 6. 51. Ego sum Panis Vivus, qui de Cœlo descendit: si quis manducaverit ex hoc Pane, vivet in æternum, & Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi Vita.

V.

Et vers.

Et vers. 53. Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis Vitam in vobis. Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet Vitam Eternam.

Unde Ducenti Episcopi Ephesini Consilij recte concluserunt, Carnem Christi vivificam, seu Vivificatricem esse. Canone XI. Tom. I. Concil. Colon. pag. 539.

Si quis non confiteatur carnem Domini vivificatricem esse, & Propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed veluti alterius præter ipsum, conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potius vivificatricem esse, quia facta est Propria Verbi, cuncta vivificare valentis, Anathema sit. Vide Cyril. Epist. 10. ad Nestor. circa finem. Et Libr. ad Euoptium Anathematismum II.

1. Cor. 15. 21. Per hominem mors, & per hominem resurrexio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes vivificantur.

Ibid. v. 45. Factus est primus homo Adam in animam viventem: novissimus Adam in Spiritum vivificantem.

VI.

De potestate remittendi Peccata:

Matth. i. 21. Filius Mariae salvum faciet Populum suum à peccatis suis.

Matth. 9. 6. Marc. 2. 10. Luc. 5. 24. Filius Hominis habet Potestatem in terra dimittendi Peccata.

Matth. 26. 28. Sanguis Iesu Christi, novi testamenti effunditur in Remissionem peccatorum.

Rom. 1. 15. Si unius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei & donum, in gratia unius Hominis Iesu Christi in plures abundavit.

Huc

LOC
Huc der
schimonian
lauantur ha
bus Dei su
Genes.
Serpenti
Gen. 22
Semini sua
Matth.
vate, quid
Matth.
dare anima
Luc. 9.
date, sed fa
Eph. 2.
tiam in ca
magiana.

Matte.
na Patria
que secundu
loban
dici. Sic
Indicatio
ad or.
re et ob
no fideli
d' amant
Bas
minim.
aperte
cias, ha
defensio

Huc denique referantur Scripturæ dicta & testimonia, quibus in opere Salutis expediundo, tribuntur humanitati & carni Christi, quæ non nisi solius Dei sunt Propria.

Genes. 3. vers. 15. Semen mulieris conteret caput serpentis.

Gen. 22. 18. & 26. 4. Actoꝝ. 3. 26. Benedicentur in semine suo omnes gentes terre.

Matth. 18. 11. Luc. 19. 10. Filius Hominis venit salvare, quod perierat.

Matth. 20. 28. Marc. 10. 45. Filius Hominis venit dare animam suam redēptionem pro multis.

Luc. 9. 56. Filius Hominis non venit animas perdere, sed salvare.

Eph. 2. 14. Christus Iesus est Pax nostra, inimicium, in carne sua (Legem mandatorum in decretis) evacuans.

De potestate iudicij.

VIII.

Matteo. 16. 27. Filius Hominis venturus est in gloria Patris sui, cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua.

Iohann. 5. 27. Filius Hominis potestatem habet iudicij. Sic enim Christus. Pater potestatem dedit Filio, Iudicium facere: quia Filius hominis est.

Actoꝝ. 17. 31. Deus statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in Iustitia; per Virum, per quem decrevit, fidem offerens omnibus, postquam suscitavit eum a mortuis.

Hæc & plura alia, de Christo Homine, de filio Homini, de Carne, de Sanguine Christi (quibus omnibus apertis verbis, & aliis ubique perspicuis adjectis notis, humana ejusdem natura manifeste designatur) desertus Scripturarum testimonii exprimuntur: Unde

validissime concluditur, humanam in Christo naturam, prater & supra omnes naturales Proprietates, & finita Perfectionis dona, ad ipsam divinæ Majestatis Celsitudinem, & reale Consortium exaltatam esse. Iste hec enim omnia, que modò ipsis Scripturarum pronunciatis demonstrata sunt, ipsius divinæ gloriae, per Unionem Hypostaticam Homini assumpto realiter Communicatae, infallibilia sunt, & invicta documenta.

Audivi haec tenus, quid de Communicatione Idiomatum sentias. Sed cum huic Assertioni plurima objici soleant, peto ut brevissime ostendas, quomodo ad præcipua Adversariorum Argumenta solidè responderi possit?

Addico tibi & hanc operam. Tu præcipua Adversariorum Argumenta ordine proferas, ego ordine solutiones monstrabo.

Primum ergo ipsum hoc nomen, Communicatio Idiomatum seu proprietatum, contradictionem implicare, & tuam sententiam revertere videtur. Nam proprium est, quod unius soli & semper convenit. Si igitur divinitatis propria communicantur humanitati, non sunt amplius propria?

Respondeo. 1. Non dicimus propria divinitatis fieri propria humanitatis. Nam qualibet naturarum in Christo suæ naturales Proprietates ita retinet, ut alterius naturæ Proprietates nunquam fiant.

2. Deinde vero non sequitur. Naturæ divinæ propria, non ita communicantur Naturæ humanae, ut eisdem Propria fiant. Ergo omnino non communican-

tantur. Potest enim vera & realis esse communica-
tis licet non siant Propria. Quod manifestum est in
Anima, quæ verè communicatur Corpori, quod virtu-
te & proprietate anime vivit. Sic & igni verè &
realiter communicatur ferro, cuius virtute & pro-
prietate lucet & urit. Licet lucere & urere nunquam
sunt ferris proprium: neq; vivere proprium sicut corporis.
Propria non egrediuntur Subjectum. Ergo
Propria divinitatis non communica-
tur Humanitati?

Negatur Consequentia. Licet enim divinita-
tis Propria, humanae in Christo naturæ communica-
tur, non tamen subjectum suum egrediuntur. Non e-
nim sit Proprietatum divinarum in humanam Christi
naturam talis effusio aut transfusio, qua divina Na-
tura aliquid decedat, aut de suo alijs sic aliquid lar-
giatur, ut non in se retineat, aut humana natura in
substantia atq; essentia sua parem Majestatem acce-
perit, qua à natura & essentia divina Naturæ sit se-
parata. Nam humana Natura in se aut per se non
subsistit, sed in Unitate Personæ Filii Dei. Sicut igitur
in Christo non est alius & alius, sed natura humana
in Filio Dei Personaliter subsistens, sic quoq; Commu-
nicatio Idiomatum non est Proprietatum seu Dono-
rum de Subjecto in Subjectum effusio: sed Participatio
Personalis.

At finitum non est capax infiniti Ergo humana
Natura non potest fieri particeps divina-
rum Proprietatum?

Cùm hoc Aristotelicum Axioma ad præ-
fens Mysterium applicatur, contra ipsius Aristotelis
differendi Regulas peccatur. Nam disciplinarum Prin-
cipia

I.

cipia ita temere transferre, & cœlo terram miscere non licet: & dei p[ro]p[ter]e[m] Cœlius eis d[icit]o yev[er]go. Valeat igitur Philosophicum illud Axioma in rebus naturalibus, ab hoc autem pietatis Mysterio, quod citra controversiam magnum est, longe facebat.

II.

Instantia validissima exploditur: Nam in Christo (qui Deus & Homo, finita & infinita natura est) inhabitat omnis Plenitudo Deitatis Corporaliter, hos est, in proprio suo corpore, quod ex nature Proprietate finitum est, & in ipsa quoque Unione finitum manet.

III.

Ex absurdo, vel si mavis, à consequente blasphemia, & heresi Nestoriana illud Philosophicum Principium convellitur. Si enim in hoc Mysterio valere debet: Finitum non est capax infiniti, non tantum nulla erit Communicatio Idiomatum: sed nulla quoque erit naturarum Personalis Unio, utpote quæ ne quidem sine naturarum (quarum altera finita, altera infinita est) Communicatione singi potest.

Contra idiomatum Communicationem genera-
ra iterpugnans etiam hoc Argumentum obji-
citur. Aut omnes divina naturæ Proprietates
communicatae sunt: aut nullæ. Ratio est, quia
Divinitas dividi non potest. Sed non omnes.
Nam infinitum esse, æternum esse, Spir-
itum esse, Carni communicari non
potuit. Ergo nullæ?

I.

Negatur Consequentia in Probatione Ma-
joris. Non enim sequitur, Divinitas dividi non potest,
ergo Proprietates ejusdem in doctrina Communica-
tionis Idiomatum, aut gubernatione Creaturarum
distingui non possunt. Deus enim Omnipotentia sua

CITA-

creavit Hominem: Misericordia & bonitate credentes salvat: Iustitia sua incredulos daniuat.

Deinde Apostolus aperiè conficitur, Collof. 2, 9. Omnem Plenitudinem divinitatis (que sine dubio omnes Proprietates complectitur) in Christo inhabitare corporaliter.

Licet haud gravatim confiteamur: non omnium divinarum Proprietatum in Communicacione eandem rationem esse: Propterea tamen non sequitur; Infinitatem. Aeternitatem & Spiritualitatem omnino & prorsus non communicatam esse. Quamquam enim natura humana per essentiam neq; infinita, neq; ab eterno, neq; Spiritus sit; ipsi tamen, in Filiō Dei, qui Spiritus est, & se totum huic Naturae communicavit, aeterna & infinita Potestas atque Scientia donata est.

De hac re Lutheras, in Libello de ultimis verbis Davidis, paulò ante mortem suam ita Scriptum reliquit: Data quoq; illi est aeterna Potestas, sed in tempore, & non ab eterno. Humanitas enim Christi non fuit ab eterno, ut Divinitas, &c. Interim tamen ab eo rōmento, in quo Divinitas cum Humanitate unita est in unam Personam, Filius ille Virginis vocatur, & vere est Omnipotens Aeternus Deus, qui Aeternam habet Potestatem.

Præterea: Si humana Natura divinarum Proprietatum sit particeps: nonne exequatur Naturæ: quod Eutychianum est?

Nequaquam exequantur. Hac namque differentia in aeternum manet: quod, que filius Dei habet, & est per Essentia & natura sua divina Proprietatem, id humana Naturæ tantum Habet in Fi-

II.

III.

lio Dei, per unionis Personalis gratiam: Et sic nihilominus naturae sue Proprietate, infinito intervallo Filiu Dei est & manet inferior.

Unde illud quoque intelligitur: Per Communicationem Idiomatum, non duas Omnipotentias, Omniscentias, &c. constitui. Nam una est Filij Dei, quam ille ex naturae sue Proprietate habet, & hujus ejusdem, non seorsim, sed in Filij Dei Persona particeps fit humana natura per gratiam unionis Personalis.

Jam in specie Omnipotentiæ Communicatio-
ni repugnare videntur, tūm reliquæ omnes
infirmitates, cūm verò cum primis mors Chri-
sti. Qui enim moritur non judicatur esse
Omnipotens?

Christi Mors (qua reliquas omnes Infirmitates simul complector) nullius necessitatis in Christo, sed di-
spensationis & excusationis fuit. Quia enim mors
peccati stipendium est, Christus autem ab omnipecca-
to purus & integer, non quicquam certe in ipsojuris
habebat nec Princeps mundi, nec, cuius bēs imperium
tenebat, mors. Quod verò carnem suam pro mundi
vita dedit, id plane voluntarium fuit: Quod propter
nos semetipsum humiliavit, usq; ad mortem, mortem
ætatem crucis, Phil. 2. Et Ioh. 10, 17. Ego pono ani-
mam meam, & iterum sumo eam. Nemo tollit eam à
me, sed ego pono eam: à meipso potestatem habeo po-
nendi eam, & potestatem sumendi eam.

Deinde illa ipsa morte non superatus
fuit: sed morte sua mortem debellando, Omnipoten-
tiam suam manifesto declaravit. Non enim fuit nudi-
Homines

Hominis, sed ipsius Filij Dei mors. De qua Oſe. 13, 14.
Ero pestis tua, ô Mors, ero lues tua, ô Inferne.
Sum tua Mors, ô Mors, tua sum quoq; pestis Averne.

Instantia Objectum solvitur, eaque duplici.
Si enim propter mortem catnis Christi Omnipotentia
neganda est (quam in illo exinanitionis statu nō exe-
ruit) eidem certe propter eandem causam, vis quoq; vi-
vificandi neganda foret; quod apertis Scripturis repu-
gnat. Et rursus, si propter mortem neganda est Omni-
potentiae Communicatio, ipsa quoq; Unio propter ean-
dem solvanda erit. Si enim alius est qui mortuus est,
& aliis, qui Omnipotens est; jam manifeste soluta est
Unio. At Dei Filius mortuus est: Dei Filius sepultus
est: Dei Filius resurrexit: Nudi equidem hominis, seu
morte, seu resurrectione, ex mortuis tyrannide nun-
quam liberati essemus.

Sic Omniscentiae repugnare videtur quod
scribitur profecisse sapientia coram D E O &
Hominibus, Luc. 2. vers. 52. & ignorasse
horam Iudicij, Marc. 13.
vers. 32.

Sed hoc ipsum quoq; Exinanitionis fuit. Quan-
quam enim à primo Incarnationis momento, omnes
Thesauri sapientiae & cognitionis in Christo abscondi-
ti & caro Christi cum Omnicia Filio Dei semper Per-
sonaliter unita fuerit: tamen quia servi formam &
cum illa omnes nostras Infirmitates assumere, nobisq;
in omnibus, excepto peccato assimilari voluit: rever-
ra quoq; diem Iudicij, & alia plura ignoravit, secun-
dum infirmitates Iudicij & rationis humanae.

Quando vero & res absentes vidit, & tacitas ho-
stium cogitationes judicavit, & de futuri vaticinia
edidit; ibi communicata gloria, haud aliter, quam

in Miraculis sese exeruit: quod tamen non semper,
nec in omnibus, sed pro arbitrio fecit.

Tandem verò, Omnipræsentiae carnis Christi
manifestò repugnare videtur, quod uno loco
natus, passus, nunc hic, nunc ibi adfuisse,
vel abfuisse, multoties in Scriptu-
ris legitur?

Christus Homo, secundum naturæ suæ proprieta-
tem, etiam secundum naturæ modum, vere in uno
tantum loco fuit: sicut & etiamnum corpus ipsius glo-
rificatum, corpus finitum & circumscripsum manet,
Sed quia idem corpus non tantum naturale, verum et-
jam deificatum corpus est, nimiscum Filio Dei,
qui sine omni Localitate ubique est, personaliter uni-
tum: ideo divina & ineffabili ratione, ex natura u-
nionis & Communionis Personalis, Incarnatus Fi-
lius Dei, assumptam suam humanam naturam ubi-
que, sed illocaliter sibi presentem habet, & jam in
statu exaltationis per eandem præsenter & potenter
omnibus creaturis dominatur.

Sed hac ratione, humana natuta In-
finita redditur?

Si per Unionem Personalem (quæ sine na-
turarum Communicatione consistere aut considerari
nullo modo potest) natura humana non infinita red-
ditur, non etiam per communicationem Omnipræ-
sentie infinita redditur. Non enim pars tantum Fi-
lii DEI (ut ita dicam) sed TOTUS DEI Filius
incarnatus est. Ita ut nullibei monstrari posse Filius
DEI, ubi non sit incarnatus. At qui monstrari
posse contenderit, jam ipsam Unionem Personalem
solverit.

Hinc

Hinc Lutherus in majori sua Confessione de cœna Domini: *In Christo non sunt duæ separatae Personæ, sed unica tantum est Persona: ubi cunq; ea est, ibi est unica tantum & indivisa Persona.* Et ubicunque rectè dixeris, hic est Deus, ibi fateri oportet & dicere: Ergo etiam Christus Homo adest. Et si locum aliquem monstrares, in quo solus Deus, non autem Homo assumptus, jam statim Personæ dividetur. Possem n. tūm rectè dicere, hic est Deus ille, qui NON est Homo, & qui nunquā Homo factus est. Absit autem, ut ego talem Deum agnoscam aut colam. Ex his enim consequeretur, quod LOCUS & spaciū possent duas Naturas separare, & Personam Christi dividere, quam tamen neq; mors, neq; omnes Diaboli dividere aut separare potuere.

Et post pauca: Nequaquam verò id tibi, quisquis es, concessero: quin potius, quocunque locorum Deum collocaveris, eò etiam Humanitatem Christi unā te collocare oportebit. Non enim due in Christo naturae separari aut dividi possunt: Una in Christo facta est Persona, & Filius Dei assumptam humanitatem à SE non segregat.

At per Omnipræsentiam, humana Christi Natura localiter extensis?

Filius DEI, neque locus est, neque in loco, sed illocaliter cælum & terram implet, idem etiam supra & extra omnia loca humanam naturam in SUÆ personæ Unitatem assumpit, quæ IN ipso, citra omnem extensionem, aut locorum dimensionem, ubique præsens est.

Ex hoc igitur mysterio omnes cogitationes de Locorum spatiis procul removen-

dæ sunt: & hoc quisquis didicerit, magnos se-
fecisse progressus noverit.

III. GENUS.

Quodnam est tertium genus Commu-
nicationis?

Tertium Communicationis genus, est ve-
ra & realis naturalium & propriarum, u-
triusq; Naturæ in Christo ἐν σώματι κοινω-
νίᾳ, ad officij Redemptionis Διπλότελέσ-
ματα producendum: ubi Christus non a-
git, in, cum, aut per unam, sed in, cum,
per, & secundūm utramq; Naturam: a-
deoq; ut Concilium Chalcedonense lo-
quitur, una natura agit seu operatur, cum
Communicatione alterius; quod unius-
cujusq; proprium est. Christus n.oster
Mediator & Advocatus, Redemptor,
Salvator, Justificator, Rex, Caput, sum-
mus Sacerdos & Pontifex, animarumq;
nostrarum Princeps & Pastor est, non se-
cundūm unam, sed secundūm utramq;
naturam.

Recita quædam testimonia & exempla
hujus Generis.

a. Cor. 15, 3. Christus mortuus est pro peccatis nostris.
Gal. 1, 4. Iesus Christus dedit semetipsum pro pec-
catis nostris.

Ibid. 3, 13. Christus nos redemit de maledicto Le-
gis, factus pro nobis maledictum.

Ephes. 5, 2. Christus dilexit nos, & dedit semeti-
psum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorens
suavitatis.

Heb. 2,

Heb. 2, 9. Viderimus Iesum, per passionem mortuus, gloria & honore coronatum, ut gratia Dei, pro omnibus gustaret Mortem.

Sed probandum est, hæc officia Mediatoris Christo secundum utramque naturam competeret. Primum igitur demonstra, Christum secundum divinam naturam esse Mediatorem.

Esa. 35. v. 4. I P S E (Dominus) veniet & salvabit vos.

Ier. 23, 6. & 33 16. Iehova Iustitia nostra.

Ose. 12, 7. Domini Iuda miserebor, & salvabo eos in Domino Deo suo.

Acto. 20, 28. Deus proprio sanguine acquisivit Ecclesiam.

Rom. 5, 10. Reconciliati sumus Deo per mortem Filiij ejus.

Rom. 8, 3. Quod impossibile erat Legi, in quo insimulabatur per Carnem, Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.

Ibid. v. 32. Deus proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Galat. 4, 4. ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

1. Ioh. 1. v. 7. Sanguis Iesu Christi Filii Dei, emundat nos ab omni peccata.

2. Ioh. 3, 8. In hoc paruit Filius Dei, ut dissolvas opera Diaboli.

Heb. 4, 14. Habemus Pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Iesum Filium Dei.

Proba

Proba, Christum secundum humanam
naturam esse Mediato-
rem.

Genes. 3. 15. Semen mulieris conteret caput ser-
pentis.

Genes. 12. 3. & 18. 18. & 22. 18. In semine tuo be-
nedicentur omnes gentes terrae.

Ier. 23. 5. & 33. 15. Germen Davidis, qui est Ieho-
va, Rex & Iustitia nostra.

Matth. 9. 6. Filius Hominis habet in terris potesta-
tem remittendi peccata.

Luc. 9. 56. Filius Hominis non venit animas perde-
re, sed salvare.

Rom. 5. 15. Si unius delicto multi mortui sunt,
multo magis gratia DEI & donum in gratia unius
HOMINIS Iesu Christi in plures abundavit.

1. Tim. 2. 5. Unus Deus, unus & mediator Dei &
Hominum, HOMO Christus Iesus, qui dedit premium
Redemptionis semetipsum pro omnibus.

Proba utriusque naturae Operationes, in Me-
diatoris officio concurrere: adeoque unam
naturam operari, cum Communicatione
alterius, ut Concilium Chalcedo-
nense loquitur.

Hoc primum patet ex ipso Incarnationis
& Unionis Personalis primario Fine, qui est humani
generis ex eterno interitu, saluberrima Redemptio.
Hanc enim ob causam DEI S Homo factus, & Filius
DEI in mortem traditus est, ut proprio sanguine Ec-
clesiam acquireret; & per mortem nobis repararet vi-
tam.

1. Ioan. 3. 8. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissol-
vat opera Diaboli.

Hebr. 2.

Heb. 2, 14. *Filius Dei participavit carni & sanguini, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis Imperium.*

Idem quoque Redemptionis Opus ipsum monstrat; quod sine Communicatione utriusque naturae Operationum, perfici non potuit. Reconciliandus enim Deus, cuius infinita bonitas & Iustitia lesa fuerat: superandi hostes, Peccatum, Mors, Diabolus, Infernus; perfectissime Legi & infinita Iustitiae divinitatis satisfaciendum: luenda maledictio Legis in omnes peccatores, & morte expianda: Impetranda peccatorum remissio, recuperanda gratia, iustitia, sanctitas, salus & vita eterna, &c. que certe utriusq[ue] Naturae operationes requisiverunt. Neq[ue] enim Deus nudus pati mori q[ui] potuisse: neq[ue] homo nudus, sanctissimus etiam & perfectissimus, infinitam Dei iram placare, maledictionem & hostes vincere, atq[ue] eterna bona reparare potuisse. Patitur igitur Christus ut Homo: Et easdem illas passiones Filius Dei efficaces reddit & salutares: Et sic utraq[ue] natura agit, quod suu est: cum alterius intima Communicatione: qua sine neq[ue] perfici, neque tam salubrem habere valorem unquam potuissent.

Nisi igitur Redemptionis opus, & Totum Christi Salvatoris meritum, imperfectum & finitum reddere: Iustificationem nostram & gratiam Dei evacuare, adeoque omnia salutis nostrae fundamenta radicitus evellere quis velit: hanc utriusq[ue] naturae naturalium èvèpxeiòw nouívias negare non poterit.

Si denique alterutra naturarum Christi seu divina seu humana, sine Operationum alterius naturae nouiviar[um] Redemptionis opus efficere poterat: quid

opus

II.

III.

IV.

opus fuisse, vel Filiūm Dei incarnari, vel Hominem in Deum assumi. Quia verò, ut dictum est, infinita justitiae divine satisfaciendum, & maledictio Legis morte expianda fuit, propterea ambas Christi naturas, Operations suas conjungere, & mutua quadam $\pi\epsilon\chi\omega\eta\sigma$, & Communicatione agere necesse fuit. Id quod Concilium Chalcedonense definivit: unamquamqu naturam agere quod proprium, cum Communicatione alterius.

Sed illud Apostoli scribentis i. Tim. 2. v. 5. unus Deus, unus & Mediator Dei & hominum, Homo Christus Jesus, & id genus alia, clarè videntur exprimere: Christum duntaxat secundum humanam naturam Mediatorem esse?

I. Non sequitur, Apostolus alteram Naturam notavit. Ergo secundum illam solam Christus Mediator est. Ad personam enim Mediatoris non unam, sed utramque naturam necessariò postulari demonstratum est.

II. Deinde, alia testimonia occurrunt, in quibus ambae nature manifestè exprimuntur. Acto. 20. 28. Deus proprio sanguine acquisivit Ecclesiam, Galat. 4. 4. Ibi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege.

III. Et, si ex unius naturæ designatione, altera, cuius in praesenti themate non sit mentio, statim excludenda foret: ex aliis vicissim locis concludi posset, Christum non secundum humanam, sed secundum divinam tantum naturam Mediatorem esse: cum alibi in officiis Mediatoris illa duntaxat, nulla additæ mentione humanitatis, exprimatur. i. Iohann. 3. 8.

In hec

In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera Diaboli,
1. Iohann. 4, 9. In hoc apparuit Charitas Dei in nobis,
quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in
Mundum, ut vivamus per eum.

Tum vero ibi loci Apostolus praeter alias causas
propter hanc etiam humanae potius, quam divinae Na-
ture mentionem facere voluit. Quia cum de Mediato-
re ageret, nobis peccatoribus magis amica & grata e-
rat Hominis, quam Dei appellatio, quae Peccatores ter-
zere solet.

IV.

Quid igitur in hoc Communicationis
genere observandum
est?

Quia Redemptio opus, neque nudum Deum sine
assumpto Homine, nec nudum Hominem sine Deo ab-
solvere potuisse, demonstratum est: propterea in quo-
vis Scriptura Testimonio, quo aliquid Διποτελεσθαι
ad Redemptionis & Mediationis officium pertinens
exprimitur, utriusque naturae Operationem, ad illud
producendum, quadam novitate concurrisse intelli-
gendum est, licet in proposito themate alterius tan-
tum naturae, sive divinae, sive humanae mentio fiat.

Quemodo vero hoc Concilij pronunciatum
intelligam, quo dicitur: unam naturam ope-
rari cum Communicatione alterius quod
cujusque proprium est?

Dignum est illud Concilij pronunciatum, cuius sen-
tentia & veritas dilucide explicetur: Nam tertij hu-
jus Generis naturam & unionem paucissimi verbis e-
leganter exprimit.

Sicut igitur in Unione personali (uti in superiori-
bus demonstratum est) ipsa Natura in Christo salve
& in-

& incolumes permanerunt: inconsuè quidem, immutabiliter & inconvertibiliter unitæ sunt. Ita naturarum quoqu Operationes distinctæ, salve & incolumes permanent; & unaquaqu agit, que sua sunt. Quia tamen ipsæ naturæ ab invicem non sunt separatae, sed in unam hypostasim unitæ: sic Operationes quoque non sunt separatae aut nudæ, sed unaquaqu actio humanitatis communicat divinitati, & quaqu actio divinitatis communicat humanitati. Adeo ut nullam Christi actionem, nec pure divinam, nec pure humanam dicere possis. Deus enim & homo unus est, qui utrinque communicando, divinæ & humanæ in omnibus operatur. Quam ob causam, Damascenus ex beato Dionysio, actiones Christi Jeādē mās nominavit, hoc est, Deiviriles sive divinibumanas, vel humanidivinas; quod humana in Christo actio, divinam quoque virtutem habeat coeffectricem, & divina actio in eodem, humanam etiam vim habeat cooperatricem. Atque hoc est, quod Concilium pronunciavit, unamquamque operari, naturam quod suum est, cum Communicatione alterius.

Dicis actiones Christi Jeādē mās appellari, & illas nec nudè divinas, nec nudè humanas esse: Ergone, ex mutua illa cooperatione, Tertia quedam Actio efflorescit, quæ nec divina, nec humana sit, sed nova
conflata?

Ex mutua Operationum Christi alternatione, divina & humana Actio non coalescunt in unam. Alioquin unam dunt a se naturam quoque in Christo asserere, ex divina & humana compositam cogenerantur. Quod tamen à divina veritate, in superioribus demonstrata, prorsus est alienum.

Sed

LOC
Sed it
tio quod u
nefici
nus; adeo
ut it adi
ficata sit
doctrina
municatio
de homin
Quam
cherum
na Natur
in beneplac
præsumt
set, quod
utem de
quid per ce
perficiunt
de humana
Nig. lat
qua opera
ist Dei M
reminisce
Communi
nistranti
gufscens
in Deo /
finita:
depon
manati
ficata,
eque A
fum al

Sed ita intelligenda ist hæc Communica-
tio, quod utriusq; naturæ propriâ Actione servatâ, u-
traq; fiat cum coniunctione & communicatione alte-
rius; adeoque omnis divina Christi Actio, humanata
(ut ita dixerim) & omnis humana Christi Actio dei-
ficata sit censenda. Ad eundem plane modum, quo in
doctrina Unionis (quæ hujus quoq; operationum com-
municationis Fundamentum est) Deus humanatus,
& homo deificatus dicitur.

Quam sententiam Damascenus dicto loco hisce pul-
cherrimus verbis exprefit: Communicat igitur divi-
na Natura Carni agenti, tūm quod Divinæ voluntatis
beneplacito permittebatur pati & agere, que Pro-
pria sunt, tūm quod Carnis Actio omnino salutaris es-
set, quod non humanæ Actionis erat, sed divinæ. Caro
autem divinitati verbi Operanti (communicat) tūm,
quod per corpus, quasi instrumentum, divinæ Actiones
perficiuntur, tūm quod unus est agens, divine simul
& humane.

Ne q; latere decet, quod Sancta ejus mens naturales
ejus operatur Actiones, intelligens & cognoscens, quod
est Dei Mens, & quod ab omni adoratur creatura, &
reminiscens conversationem ejus in terra, & passione.
Communicat autem operanti Verbi divinitati admi-
nistranti & gubernanti, universum intelligens &
cognoscens, & administrans, non ut nuda Hominis, sed
ut Deo secundum hypostasin unita, & Dei Mens con-
stituta: hoc enim ostendit Deivirilis actio (η γεω-
δεινὴ ἐνέργεια) quod sit Dei viri facti, id est, hu-
manati. Et humana ejus actio divina erat, id est, Dei-
ficata, & minimè divinæ Actionis immunis. Et divinæ
ejus Actio non immunis humana Actionis: sed utraque
cum altera confecta est.

¶

Et

Et cap 15. ejusdem libri post medium: Agit igitur Christus, secundum utriusq; (forma) naturam, & agit utraq; in ipso natura, cum alterius Communica-tione. Et post aliqua: Non enim humanitus faciebat humana, nam non Homo solum, sed & Deus: unde & passiones ejus vivificantes & salutares: neq; deitas operabatur divina; nam non Deus solum, sed & Homo. Unde per contactum & sermonem, & dingenus similia, divina signa operabatur.

III.

DE STATUUM GARNIS CHRISTI DIVERSITATE.

Aliquoties jam mentionem fecisti Exinanitionis & Majestatis: quo igitur sunt Status, quibus CHRISTI humanitas considerandavenit?

TRES.

1. Status Exinanitionis.
2. Status Glorificationis.
3. Status Majestatis.

Quid est Status Exinanitionis?

Est is, in quo Christus a conceptione & nativitate sua fuit usq; ad gloriosam Resurrectionem.

Phil. 2. 6. Christus Iesus, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum Exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

1. Status
Exinanitionis.

homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis.

Heb. 4, 15. Pontifex noster tentatus per omnia, pro simili: udine absq; peccato.

Quare vocatur Status Exinanitionis?

Non quod Christus homo omnino nullam Majestatem haberet, habuit enim per & propter unionem personalem: sed quod Dominus existens, formam servi acceperit. Id quod interdum Principes etiam in peregrinationibus facere solent: qui dum ministri suis famulitia praestant, nihilominus tamen Domini sunt & manent.

Iob. 13, 13. Vos vocatus me magister & domine, & bene dicitis, & U M etenim.

Quis est status Glorificationis?

In quem Christus post resurrectionem venit, & statu dum humanæ naturæ infirmitates depo- glorifica- nens, in conditionem glorificatorum cor- porum translatus est.

Estne illa glorificatio summus gradus Majestatis Christi Hominis?

NON. Nam huic gloria, nos quoq; per resurrectionem, servatis donorum gradibus, conformabimur: Sed ad Majestatem Christi hominis nulla alia unquam exaltabitur creatura.

Phil. 3, 21. Christus transfigurabit corpus humiliatis nostræ, configuratum corpori claritatis sue.

Coloss. 3, 4. Cum Christus apparuerit vita vestra, tum & vos apparebitis cum ipso in gloria.

Qua porro sit futura conditio glorificatorum & spiritualium corporum, & Corinth. 15. Matth 22, 30.

T 2 1. Thess.

1. Theff. 4, 17. Et alibi copiosius explicatur. Aliquid etiam hac de re infra tractabitur in Loco de resurrectione mortuorum.

Quis igitur est status Majestatis Christi
Hominis?

*Status Ma-
jestatis.* In quem Christus post gloriosam suam Ascensionem in cœlos translatus, & ad dextram Dei Patris collocatus est.

Quam Majestatem igitur Christus in hoc statu consequutus est?

Non novam quidem, quoad Passionem: sed illius infinitæ, quam ab Incarnationis momento per Unionis gratiam habuit, in statu vero Exinanitionis, sumptâ servili formâ, occultavit, plenariam usurpationem.

Acter. 2, 26. Certissime sciat omnis domus Israel, quia & Dominum & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis.

Phil. 2, 8. Humiliavit semetipsum usq; ad mortem, propter quod & Deus exaltavit ipsum, & donavit sibi nomen, quod est super omne Nomen.

Ergone per ascensionem Christi, articulus de ejusdem Omnipræsentia confutatur?

Minime vero, sed eodem firmissime stabilitur.

Christus enim non ascendit in cœlos, sicut reliqui Sancti, sed super omnes cœlos ascendit (excelsior cœli factus) ut omnia impleret, Eph. 4, 10.

Heb. 7, 26. Pontifex noster excelsior cœli factus est.

Deinde collocatus est ad dextram Patris, que non certus Locus, sed dextra Omnipotentia & divine

divinæ Majestatis, adeoq; ipse Deus est : quod nulli alij
Creaturæ, neq; Angelis contingit.

Hebr. 1, 13. Ad quem Angelorum dixit : sede à de-
xtri meis.

Hebr. 10, 12. Sed Christus in sempiternum sedet ad
dexteram Dei.

Quis est usus hujus Loci ?

Ut Christum Servatorem agnoscamus, si-
ne cuius cognitione nullus homo salvare potest. Iohan.
cap. 17.

I.

II.

III.

Ut admirandam Dei bonitatem & sapi-
entiam consideremus, qua nos peccatores redime-
re & ad amissam salutem, per eum, qui Deus & Ho-
mo esset, reparare voluit.

Ut summam Consolationem inde hau-
riamus, quid ipsum Dei Filium per Incarnationem
fratrem nostrum factum esse, agnoscamus.

Cum primis consideremus, ipsum secun-
dum carnem nostram in assumptis gloriam transla-
tum, non tantum ubiq; nobis presentem esse, omnes ca-
lunitates nostras cognitas habere, & ad liberandum
nos, non tam animum genere fraternali, qui in infi-
nitâ & divinâ potentia instructum esse.

Quinam Errores, hic fugiendi sunt ?

Omnium Hæreticorum Opiniones. Qui ne-
garunt :

Vel divinitatē Christi ; ut Ebion, Paulus Samo-
satenus, Arius, Phontinus, & alij, &c.

I.

Eusebius Hist. Eccles. l. 3. c. 24. Hos Ebionos, id Negatio
est, pauperes appellant Pauperes & abjecti fuerunt Divinita-
tis, in tradendis de Christo dogmatibus. Simplicem ex-
tim eum & communem, ac proper morum profe-
ctum, tanquam hominem tantum Justificatum, &
ex viri atq; Mariæ consuetudine natum judicarunt.

T 3

Idem

Idem lib. 7. c. 26. Paulus Samosatenus humiliter & abjecte, contraque doctrinam Ecclesiasticā de Christo sentiebat, nempē quod Naturā communis Homo, perānde atque nos sit.

Cassiodorus in Tripartita Historia libr. I. cap. 12. Alexander Pontifex Alexandrinus divina sequens eloquia, æqui honoris cum Patre, & eandem substantiam habere cum Deo Genitore Filium prædicabat. Arius verò è diverso veritati repugnans, creaturam Filiū facturamq; dicebat, adjiciens: Erat aliquando do, quando non erat: & alia quæ ex illius literis indicantur insana. Hæc ergo non solum in Ecclesia persistebat dicens, sed etiam in extraneis conventibus atque conciliis domos circumiens, quibuscumque poserat, suadebat.

Idem lib. 3. cap. 5. Dicebat Photinus: Deus quidem omnipotens unus, qui proprio verbo condidit universa. Ante secula verò nativitatem & Existentialiam Filij dicere fugiebat, sed ex Maria natum docebat Christum.

I. I.
Negatio
Humani-
tatis.

Vel veram Humanitatem: Ut, Marcion, Manes, Apollinaristæ, Anabaptistæ, &c.

Epiph. Hæref. 42. Marcion Christum ex supernis ab invisibili & innominato Patre descendisse dicit.

Idem, Hæref. 66. Manichæus in Epistola sua ad Marcellum ita rugit: Arque utinam (inquit Manichæus) lucusq; saltē inanis labor ipsorum processisset, & non unigenitus, qui ex sinibus Patris descendit, Christum, Mariæ mulieris cuiusdam Filium esse dixissent, & ex sanguine ac carne & reliquarum fœminarum graveolentia narum esse.

Theodorctus Hist. Eccl. libr. 5. cap. 3. Apollinaris [unde Apollinarista] Dispensationis arcanum (hoc est mysterium Incarnationis) imperfectum facere ausus est, & rationalem animam, cui corporis gubernatio committitur, salvationis opere privavit affectione sua. Nam si illam non accepit Deus verbum, ut hic docet: neque medicinam ei fecit, neque honorem impetravit. Ita terrenum quidem corpus ab inuisibilibus potentiis adoratur: Anima, verò perfecta

Eta ad imaginem Dei infrā mansit, conclusa peccati
propto. Ad hæc alia multa congerebat animo er-
rabundo ac cæcutiente. Nunc enim fatebatur, ac-
cepiste verbum Deum Carnem à sancta Virgine; :
nunc ajebat illam cœlitus fuisse attributam: nunc
factum esse ipsum Carnem, sed nostri nihil assum-
plisse.

Anabaptistæ Hofmannianæ dicti, à Melchiore,
Hofmanno qui ex inferiori Germania Argentinam
veniens, publicam Disputationem cum Theologis
expetivit & impetravit, 11. Junij Anno Domini 1532.
Docuit Pedobaptismum esse à Diabolo. Verbum
non sumpsisse carnem ex Maria Virgine, sed ex se-
metipso: Mariz carnem pronunciavit maledictam.
Christam una tantum natura prædictum esse, non
duabus. Vide Anabaptismum VVigandi: Et Hein-
ricus Bullingerus de Anabaptisticis Erroribus, lib. 2a
capite 13.

Menno Simonis Anabaptistarum insignis Pre-
coi Anathema ait, Christum dicere ex nostra impu-
ra carne factum esse, cùm coelestis sit & non terrenus
Christus: qui etiam juxta humanam suam naturam
sit Filius D E I. Colloq. i. VVismar Et ibidem. Nos
fatemur, inquit. Christum verum Deum & verum
Hominem, sed non de nostra maledicta, sordita &
peccatrice carne, sed de sancta substantia Patris co-
lestitis.

Vel Personæ solverunt Unitatem: Ut Nesto-
rius, Episcopus quondam Constantinopolitanus.

Porrò, ut Nestorij hæresin (multis in locis ho-
die repullulantem) ejusdemq; causam, & scopum
Ephesini Concilij, in quo ille condemnatus est, rectius
intelligamus, & Nestorianisni fontes tanto cautius
ubiq; fugere valeamus. opera pretium est, hæc in præ-
sentia diligentius observare.

Condemnatus est in Ephesino Concilio N E S T O-
R I U S, quod unitatem Personæ Christi in duas Perso- Nel-
nos dividerebat, id quod ex Secundo, Tertio, & Quar- ui.

T 4 to ejus

III.

Solutio
Personæ.

to ejus Concilij (cui Cyrus, Alexandrinus Episcopus praesuit) Anathematismis videre est.

Quod tamen Nestorius neque in animo suo statuit, neque verbis ita expressit unquam: sed Christum in duabus naturis, unam & singularem agnovit personam.

Hæc enim ipsius Nestorij verba sunt: Tom. I. Concil. pag. 817. Erat quidem Deus Verbum, & ante inhumanationem Filius, & Deus, & Ens cum Patre. Suscepit vero in ultimis temporibus servi formam, sed ante hoc Filius constitutus & vocatus. Post Susceptionem potest vocari separatus Filius, ut ne Duos Filios doceamus.

ET ad Anathematismum tertium respondit Nestorius: Eodem Tom. pag. 821. Si quis non secundam Conjunctionem, unum dixerit Christum, qui est etiam Emmanuel, sed secundum Naturam, ex utraque etiam Substantia, tam Dei Verbi, quam etiam ab eo Hominis suscepti, in Unam Filii Connexionem, quam etiam nunc inconfusè servamus, minimè confiteatur, Anathema sit.

In eo autem Errorre versatus est Nestorius, quod salvâ Unione Personali, nativitas ex muliere & Passibil ad Deitatem pertinet. Quia propria naturarum non possint communicari, etiamsi Natura in unam Personam sint unitæ. Ideoque (ut Evagr. Histor. Eccles lib. i.c. 7. scibit) Mariam Virginem, non Tom. I. Concil. p. 534. Causa. God. in Tripart. lib. 12. cap. 4. Gedonov, sed av. θεωντονον, vel χριστονον esse appellandam. Eandem ob causam dixit Nestorius: Ego bimestrem & trimestrem nequaquam confiteor Deum. Item: Noli gloriari Iudee, non crucifixisti Deum...

Unde manifestum evadit: Nestorium, non Unionem Personalem, duarum in Christo naturarum tollere voluisse. sed Communicationem Idiomatum negasse.

gâsse, quod absurdum illi videretur, ea, quæ naturæ humanae Propria sunt, attribuere Deo.

Sed ducenti Patres Concilij contra Nestorium graviter statuerunt, quod salva Ulnione Personalis, Communicatio Idiomatum negari non posset. Quamvis igitur & nasci & pati humanae naturæ Propria essent, propter unitatem tamen Personæ, ad D E U M Verbum, eadem ipsa quoque pertinere, rectè concluserunt.

Hoc autem cum Nestorius pernegaret; Patres Concilij, quod Unitatem Personæ soveret, & Christum in duas Personas divideret: ex Consequenti pronunciavunt.

Hæc enim perpetua, indubitate, verissima, atque immota est Regula, quæ nulla Ratione aut Argumento refutari aut infringi unquam potest; Quòd quisquis Communica-
tionem Idiomatum Realem negat, quæ Unio-
nis Personalis consequens est: Idem etiam U-
nitatem Personæ in Christo negat. Ex quo
Unico fundamento, Ephesinum Concilium
piè, rectè, & solide contra Nestorium disputavit & pronunciat.

NB. Regula
la contra
Nestori-
zantes.

Porrò, quia Filius Dei appropriando sibi hominem, non tantum nativitatem & Passionem, sed omnes naturæ humanae Proprietates sibi appropriavit, rectè & graviter à D. Lutherò dictum est: Ephesinum Concilium: concludendo Mariam esse θεοτόκον; rectè quidem damnasse, sed non satis damnaisse Nestorium. Quia quæ Nativitas, eadem omnium aliorum quoque humanae naturæ Idiomatum est ratio, Lutherus. de Concil. Tomo 7. Ienens. Fol. 250. b.

X S

De

De Nestorij Exitu (*quod ibiter hic adjuendum putavi*) referunt Historici: cum multis & diuturnis exilijs exhaustus, nec quicquam tamen correctus esset, tandem linguam ipsius vermbus exesam esse sicq; eum ex hujus vita miserijs ad graviora supplicia justo Dei iudicio infligenda, eaq; sempiterna migrasse. Euagr. lib. 1. cap. 7.

I V.
Negocio
integrita-
tis natura-
rum.

Vel naturarum, earumque naturalium Proprietatum integratatem: ut Eutyches, Monachus, vel Archimandrita Constantinopolitanus, Monothelites natura, Monophysita.

Leo. 1. Epist. 95. ad Leonem Augustum: Non longo temporis intervallo Catholica fides, quæ est singularis & vera, cuiq; nihil addi nilve minui potest, à duobus est hostibus apperita, quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit, qui Ecclesiæ Dei duas haereses sibi et contrarias inferre voluerunt, ut uterque à prædicatoribus veritatis merito damnaretur: quia ihsanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate ambo senserunt. Athematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed Hominis tantummodo credidit genetricem esse, ut aliam Personam carnis, aliam faciat deitatis &c.

Eutyches quoq; eodem percellatur Anathemate, qui per impios veterum Hæreticorum voluntatus errores, tertium Apollinaris dogma de legit, ut negata humana caruia atq; animæ veritate, totum Dominum nostrum Jesum Christū unius afferet esse Naturæ, &c.

Idem Epist. 10. ad Flavianum Episc. Constant. cap. 6. Cùm a. ad interlocutionem Examini vestri Eutyches responderit, dicens: Confiteor ex duabus Naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationē v. unam naturā confiteor: miror tām absurdam tamq; perversam ejus Professionē, nulla judicantii increpatione reprehensam & sermonem nimis insipientē, nimisq; blasphemū, ita omissum, quasi nihil, quod offendere, esset auditū, cum tām impiè duarum Naturarū ante incarnationē ungenitus Dei Filius fuisse dicatur, quam nefariè postquam Verbum caro factum est, Natura in eo singularis afferitur. Et

TAUR.
admodum
et doctri-
næ, et
miseris,
et obli-
gationis
et legi.

turalium.
Monachis,
donatibus.

Non lon-
gissima
est dura-
tior, sed
duas ha-
bent uterque
ar: quia
a falsita-
tiorius;
domini
iam Per-

chemate,
atutero
egata bu-
omina nom
ate, &c.
t. cap. 6.
Eutyc
us Natu-
rem, post
tam ab-
ollit a judi-
cium nimis
quasi ni-
mpie don-
Dei Ellia
rbum con-
t.,

LOCUS II. DE CHRISTO. 347

Et Ep. ii. ad Iulianum Episcopum Coensem. Quid autem prodest imprudentissimo seni, Nestorianæ hæreses nomine, eorum lacerare opinionē, quorū piissimam convellere non potest Fidem, cum quantum Nestorius à veritate discessit, Deitatem Verbi ab assumpti Hominis substantiā seperando, tantum à recto tramite etiam iste desciscat, qui Vnigenitum Dei Filium sic de utero beatæ Virginis prædicat natum, ut humani quidem Corporis speciem gessevit, sed humanæ Carnis veritas Verbo unita non fuerit? De quo prodigio falicitatis, quis non videat, quæ opinionum monstra nascantur? Negator n. Mediatoris Dei & Hominum Hominis Iesu Christi, necesse est, ut multis impietatibus impleatur; eumq; aut Apollinaris sibi vindicet, aut Valentinus usurpet, aut Manichæus obtineat, quorum nullus in Christo humana carnis credidit veritatem. Post aliqua: In eo vero, quod Eutyches in Episcopali suo iudicio ausus est dicere, ante Incarnationem duas in Christo fuisse naturas, post incarnationem a unam necessarium fuerat, ut ad reddendam rationem Professionis suæ, crebris atq; sollicitis iudicium interrogationibus urgeretur, ne tanquam inans aliquid præterflueret, quod non nisi de haustu veneuatorum dogmatum apparebat effusum. Arbitror n. talia loquentem hoc habere persuasum, quod anima, quam Salvator assumpsit, prius in cœlo sit commorata, quam de Maria Virgine nasceretur, eamq; sibi Verbum in utero copularet. Sed hoc Catholice mentes auresque non tolerant, quia nihil secum Dominus de cœlo veniens, nostræ conditiones exhibuit: nec animam n. quæ anterius extitisset, nec carnem, quæ non in aeterni corporis esset, accepit Natura quippe nostra non sit assumpta est, ut prius creata post assumeretur, sed ut ipsa assumptione creatur. Vnde quod in Origine merito damnatum est, qui animatum, antequam corporibus infererentur, non solum vitas, sed & diversas fuisse asseruit actiones: necesse est, ut etiam in isto nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur.

Cum primis autem fugiendum est hodiè,

Calvinistarum & Iesuitarum error: qui realem Idiomatum communicationem negantes, Nestorij hæresis (Patri) V.
Negatio
communis
cationis.

Idiomatū. (*Patriarche impietatis*) ex Orco revocant; & quantum in ipsis, totum Redemtionis opus annihilant.

Hieronymus Zanchius: De natura Dei Libro 2. c. 1. Thes. 3. p. 66. Natura Dei, hoc est, essentiales naturalesq; Dei proprietates seu attributa nulli rei creatæ communicari possunt.

Idem ibid. p. 71. col. b. Sicut divina natura, ita se totam univit humanæ, ut tamen humana, particeps divinæ facta non sit, quia humana natura non est facta divina: sic etiam essentiales proprietates divinæ naturæ in humanam (si ita loqui licet) ita effusæ sunt, ut tamen non sit facta eorum particeps humana.

Idem ibid. Thes. 4. p. 73. col. b. Sed quid efficit Unio (Hoc unum efficit: nimis ut quæ utriusq; naturæ sunt propria: ea de coto-composito verè & Essentialiter prædicentur. Quam obrem? Quia utriusq; etiam naturæ particeps vere & substantialiter est. Quemadmodum etiam in physicis: de composito ex materia & forma, quæ sunt utriusq; revera prædicantur: sed non quæ unius sunt propria, de altera prædiciari possunt.

Huldericus Zwinglius: Ad Conf. Luth. Tomo 2. oper. fol. 449. a. veram Christi divinitatem agnosco, amo; sic agnosco, ut ipsi nequam tribuendum esse censem, quod illi minus convenire potest. Similiter veram quoq; humanitatem Christi agnosco, emiq; sic agnosco, ut huic etiam, quod in illam non potest competere, nullo modo velim tribui.

Idem, In Respons. ad lib. Lutheri de Sacramento, Tom. 2. f. 406. a. Joan. 12. inquit Christus: Cùm exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipsum. Hic quæ de exaltatione dicit, ad humanam duntaxat naturam referri debent: juxta hanc n. solam mortem subire potuit. Alterum v. membrum: omnes traham ad me ipsum, de sola Divinitate intelligitur. Juxta hanc n. hominum animos in sui cognitionem pertrahit, & fidem ipsis inserit.

Idem ibid. mox subjungit Joan. 3. idem ait: Nemo ascendit in cœlū, nisi qui de cœlo descendit, Filius Hominis

minis qui in cœlis est. Et quemadmodū exaltavit Moses serpentē in deserto, ita exaltari, i.e. in crucē suspen- di oportet filium Hominis: &c. Quo in loco filius Ho- minis bis nominatus est, nullibi tamē sic, ut utramque naturā simul significet; sed primo loco divinā, secundo humanam duntaxat denotat. Cum n. inquit, Filius Ho- minis, qui in cœlis est, Filius Hominis, pro divina, quæ in hoc est, natura usurpatur. Juxta humanam n. tum temporis in cœlo nondum erat. Dom v. subjungit, ita exaltari oportet filium Hominisi non quicquam aliud, quam humana natura Christi exprimitur.

Theodorus Beza Volum. I, p. 624. n. 17. Si quando proprietates istæ (duarum videlicet Naturarum in Christo) videntur permittari, ut cum Deus gloriæ dicatur crucifixus & filius Hominis fuisse in cœlo, cum esset cum Nicodemo in terris, Tropus est ἀπόιωσες.
INTRA VERBA consilens.

Idem, Cum sequacibus suis in Colloq. Mompel. ad Thes. 5. VVirtemb. pag 207. Stat ergo ille Regula uni- versalis: neque Naturam de Natura, neque propri- tates unius Naturæ posse alteri attribui.

Et confessim. Ad Th. 6. & 7. Nos verò docēmus, ex hypoistica unionis definitione, neque Deitatem ne- que Deitatis proprietates, de humanitate,ullo modo, ne in unione quidem verè dici possit.

Joannes Calvinus Institut. lib. 2. c. 14. secti. 1. & 2. Deus certè nec sauginem habet nec patitur, nec ma- nibus tangi potest, sed quoniam is, qui verus erat Deus & Homo, Christus, sanguinem suum pro nobis cru- cifixus fudit, quæ in humana ejus natura peracta sunt, ad divinitatem inpropiè licet non sine ratione trans- feraatur.

Amandus Polanus; Disp. de Unione Personali. Th. 55. Quod uni naturæ ast proprium, alteri naturæ ne- quaquam est commune.

Idem ibidem Th. 1. Unio, personalis duarum na- NB. Pola- turarum in Christo (præter aliena nomina) à sanctis no, Com- patribus, novariz Communicatio appellatur, ad municatio- versus Paulum Samosatenum, qui contendebat, n̄s nihil aliud dō φύσις τογ; iuvat̄ πατέρων καιονίη τος θεού; Te est quam- se UNIO.

ste Theodorus Presbytero & Suida, hoc est, naturas omni modo incomunicabiles, id est, inunibiles (sic enim intelligi oportet) esse.

Theodorus Beza. Resp. 2, ad Acta Colloq. Mompelg. pag. 104. Antith. 8. & 9. Itaq; communicacionem realem, id est, unionem naturarum admittimus, in qua manent singulae naturae per se etiam in unione suis proprietatibus distinctæ, citra ullam aliam communicationem.

Idem. Ibidem pag. 121. Provoco ad meæ Antithesæ contextum, ubi nullam talem subdolam interpretationem invenies, Christiane Lector. Sed hæc duo invenies, nos eandem Proprietatem, quam ipsarum Naturarum *noivaria* realem, id est, unionem, non autem ullam aliam admittere.

Idem. Ibidem pag. 179. Quod centies jam inculcavi, iterum inculco, omnium Orthodoxorum patrum consensu & ratione ipsa, & veritatis ipsius testimonio fretus: quum naturæ & essentiales earum tuu proprietates tum voluntates, tum actiones inseparabiliter cohærent. Non aliter illas posse quam una eademque unione Hypostatica communicari, id est, uniri.

Orthodoxus Consensus pagina 123. Calvinistarum, Cum itaq; proprietates, in hac earuw *noivaria* & communicatione, à naturis separari planè non possint, nulla autem Naturarum inter se Communicatio, sed utriusque tamen in una hypostasi *noivaria* & conjunctio sit: neque etiam ulla proprietatum in naturis communicatio esse potest.

Eadem planè est Iesuitarum doctrina, ideo Beza Ingolstadiensem scriptum contra Majestatem Christi Hominis editum, huic verbis subscripsit: in Libello de Hypostatica unione duarum in Christo Naturarum, part. i. Theolog. Tract. pag. 644.

Cæterum, quod ad Ingolstadienses illos attinet, mihi alioqui penitus ignotos, & quib; minimè omnium Hominum assentiri velim: fateor me illorum scriptum adversus istud Ubiquitatis seu omnipræsentie portentum (quibusdam tantum exceptis, que ad Trans-

Transubstantiationis figuratum pertinent.) Et liberter cum fructu perlegisse; adeo quidem, ut si tempestive in menus meas incidisset, nihil forasse de hoc arguento, quod abunde ab ipsis videtur refutatum, fuerim unquam scripturus.

Et Iohan. Busaeus, Jesuita Moguntinus, in Disputat. de Persona Christi, An 1583. edita Thes. 29. Principio ostendemus, Naturam Divinam Humanitati Christi realiter communicari non posuisse, &c. Deinde, nec Majestatem omnem Filii Dei, quam propriatum Divinarum complexu continetur, beneficio Unionis hypostaticæ eidem Humanitati realiter communicatam esse.

Quid vero de Calviniana & Jesuitica Alloësi, hoc est Verbali tantum Communicatione Idiomatum, sentiendum sit, & qualem illa Salvatorem nobis relinquit. Luther. in Admonitione sua de Cœna Domini, hinc gravissimi verbis admonuit: Tom. 3. Iheuens.

fol. 455. b. Hüt dich / hüt dich / sage ich für der **Alloësi**, sie ist des Teuffels Karven. Dann sie Menschliche Na-
richtet zuletzt einen solchen Christum zu / nach tur in
dem ich nicht gerne wolte ein Christe seyn; Nem- Christo/
lich das Christus hinfurt nicht mehr sey / noch hat nicht
thu mit seinem Leiden vnd Leben / dann ein ander allein für
schlechter Heilige. Dann wann ich das glaube / **vns gelie-
ten.**
das allein die Menschliche Natur für mich ge-
litten hat / so ist mir der **C H R I S T U S** ein
schlechtes Heylandt / so bedarf er wol selbst eines
Heylands. Summa / es ist wol vnsaglich /
was der Teuffel mit der Alloësi-
sucht. Haec ille.



II. DE

I I.

DE OFFICIO CHRISTI.

Satis multa de Persona Christi: jam
quodnam illius Officium sit,
exponas?

Bina nomina: Christus Iesus, Officia & beneficia
Redemptoris nostri proponunt.

1. Nomen Christi enim Tria ejusdem Offi-
cia complectitur: Prophetæ, Regis & Sacerdotis.

2. Nomen Jesu verò Redemptionis &
salutis beneficia continet, qui ex defunctis officiis &
muneribus Christi Salvatoris sequuntur.

Illiūtus enim est Christus in Prophetam, Regem &
Sacerdotem, ut Mediatoris & Servatoris officio de-
fungeretur.

Quodnam est officium Christi
Prophetæ?

1. Christus Propheta. Est, quo' nos de Voluntate Patris & via ad
salutem æternam, erudit.

Deuteron. 18, 18. Prophetam suscitabo illis, de medio
fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea
in ore ejus, loqueturque ad eos omnia, que præcepero
illi.

Matth. 17, 5. Hic est Filius meus dilectus, in quo
mihi bene complacui, ipsum audite.

Esaïæ 61, v. 1. Spiritus Domini super me. Etenim
unxit Dominus me, ad evangelizandum afflictus mi-
fit me, &c. ad prædicandum captivis liberationem, ad
prædicandum annum placabilem Domino.

Iohan.

Iohann. 1, 18. Deum nemo vidit unquam , Unigenitus Filius , qui est in sinu Patris , ipse enarravit.

Quomodo hoc suo munere Christus hominem defungitur?

Scripturae sacrae , & prædicationis ministerio.

Iohann. 5, 39. Scrutamini Scripturas , quia vos putatis vitam æternam in ipsis habere , & illæ sunt , quæ testimoniumpervibent de me .

Luc. 10, 16. Qui vos audit , me audit : qui vos spernit , me spernit , qui autem me spernit , spernit eum , quæ misit me .

Quodnam est Officium Christi
Regis?

2. Christus
Rex.

Est , quo cives suos , verbi ministerio usque ad mundi finem colligit , eosque præclaris donis ornatos , contra hostem (in quorum medio dominatur) fortiter defendit , ac tandem æterna gloria & honore coronat .

Proba Christum esse Regem .

Ierem. 23, & 33. Et Ecce dies veniunt , dicit Dominus , & suscitabo David gerumen justum , & regnabit Rex , & sapiens erit , & faciet iudicium & iustitiam in terra .

Zach. 9, 9. Exulta filia Sion , jubila filia Ierusalem , ecce Rex tuus veniet tibi iustus & Salvator .

Psal. 2, 6. Ego constitui Regem meum per iussionem montem sanctum meum .

Psal. 110, 2. Sceptrum fortitudinis tuae emittet Dominus ex Sion : dominare in medio inimicorum tuorum .

Quale est Regnum Christi ?
Spirituale.

I.

Z

Ioh.

Iohann. 18. vers. 36. Regnum meum non est de hoc
Mundo.

2. Corinth. 10. vers. 4. Arma militiae nostre non
sunt carnalia.

I I. *Aeternum.*

Daniel. 2. 44. In diebus Regnorum illorum suscita-
bit Deus cœli Regnum, quod in æternum non dissip-
bitur.

Luc. c. 1. v. 33. Et paries Filium, &c. & regnabit
super domum Iacob in æternum, & Regni ejus non e-
rit finis.

Quæ sunt beneficia Regni Christi?

Et ipsa quoq[ue] specialia, utpote sunt Regeneratio,
Fides, Remissio peccatorum, Iustificatio, gratia Dei,
securitas contra hostes (mundum videlicet, Diabo-
lum, Mortem & infernum) Vita denique & gloria
cœlestis.

Qui sunt Cives in Regno Christi?

Fideles, qui à Christo Rōge & Principe suo Chri-
stiani denominantur, Act. 11, 26.

1. Petr. 2. 6. Vos estis genus electum, regale Sacer-
dotium, gens sancta, populus acquisitionis.

Quibus tamen in his terris multi admixti sunt a-
lienī, quasi accolē vel alienigenæ, qui beneficijs regni
non gaudent.

2. Christus Quod est Officium Christi Sacerdotis?
Sacerdos. Est, quo semetipsum pro totius mundi pecca-
tis, perfectam hostiam, semel obtulit, &
parta beneficia credentibus per Fidem &
Sacramenta applicans, pro ijsdem apud pa-
trein perpetuo intercedit.

Proba, Christum Sacerdotem pro mundi pec-
catis sacrificium obtulisse?

Hebr.

Hebr. 9, 12. Christus non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, eterna redemptione inventa.

Ibid. vers. 25. Neque ut saepè offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi, nunc autem semel in consummatione seculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum homini statutum est semel mori, post hoc autem iudicium; sic & Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata.

Hebr. 10, 10. In voluntate Dei sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel.

Ibid. v. 44. Una enim oblatione consummavit, in sempiternum eos, qui sanctificantur.

Rom. 6, v. 10. Quod mortuus est, peccato mortuus est semel.

i. Pet. 2, 24. Christus peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui justi & vivamus, cuius livore sanati estis.

i. Petr. cap. 3. vers. 18. Christus semel pro Peccatis mortuus est.

Iohan. 19, 30. Consummatum est. Pro quibus autem Hominibus, vel pro quibus Hominum Peccatis hoc Sacrificium sum obtulit Christus?

Pro omnibus Peccatis omnium hominum totius mundi.

Iohan. 1, 29. Christus enim est Agnus Dei, qui tollit Peccata Mundi.

i. Ioh. 1, 7. Sanguis Iesu Christi, Filii Dei, emundat nos ab omni Peccato.

1. Ioh. 2, 2. Iesus Christus est Propitiatio pro Peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius Mundi.

Anne igitur tu Christum etiam pro illis,
qui pereunt, mortuum esse
judicas?

Maxime.

Alias enim Evangelium, non vere prædicari posset omniCreature.

2. Et Adami peccatum atq; perditio latius pateret, quam Christi meritum & Reparatio.

3. Non damnari possent impij propter incredulitatem. Quid n. aut quomodo credere potuissent in Christum, si hic nihil pro ipsis præstisset?

4. Hinc Scriptura aperte ostendit: Christi meritum etiam pro pereuntibus præstitum esse.

Rom. 14, 15. Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est.

Hebr. 10, 29. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est.

Proba Christi Intercessionem pro nobis?

Hebr. 9, 24. Iesus introivit in ipsum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Rom. 8, 33. Quis accusabit Electos Dei? Deus (est) qui justificat. Quis est, qui condemnet? Christus, qui mortuus est: Imo, qui & resurrexit, qui est ad Dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

1. Iohann. 2, 1. Filioli mæi, hæc scribo vobis, ut non peccaatis, & si qui peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum justum.

Quæ-

Quænam beneficia, per triplex illud Christi
Officium: Prophetæ, Regis & Sacerdo-
tis, nobis parta sunt?

I. Fides.

*Phil. 1, 29. Vobis donatum est pro Christo, ut non so-
lum in eum credatis, sed ut etiam pro eo patiamini.*

II. Remissio peccatorum?

*Matth. 1, 21. Vocabis Nomen ejus Iesum, ipse enim
salvum faciet populum suum à peccati eorum.*

*Iohann. 1. v. 21. Ecce Agnus Dei, qui tollit Peccata
Mundi.*

*1. Ioh. 1, 7. Sanguis Iesu Christi Filii Dei, emundat
nos ab omni peccato.*

*1. Iohann. 2, 2. Iesus Christus est Propitiatio pro pec-
catis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam
pro totius Mundi.*

III. Justificatio.

*Rom. 4, 25. Christus traditus est propter delicta no-
stra, & resurrexit propter Iustificationem nostram.*

*Rom. 5, 18. Sicut per unius delictum in omnes Ho-
mines in condemnationem, sic & per unius Iustitiam
in omnes Homines in Iustificationem vitæ.*

*1. Cor. 1, 29. Christus Iesus factus est nobis sapien-
tia à Deo, & iustitia, & sanctificatio & redemptio,
Ierem. 23, 6.*

IV. Reconciliatio, & Gratia Patris.

*Rom. 5, 1. Iustificati ex Fide, pacem habemus ad
Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: per
quem & habemus accessum per Eisdem, in gratiam
istam, in qua stamus.*

V. Salvatio, Vita & Gloria æterna.

*Ioh. 5, 24. Amen, Amen, dico vobis, quia qui verbum
meum*

neum audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam
eternam.

Ioh. 10, 27. Oves mee vocem meam audiant, &
ego vitam eternam do eis.

Hactenus de Persona, Officiis & beneficiis Christi,
quorum causa Redemptor, Mediator & Salvator nos-
ter appellatur.

Quis est usus hujus loci?

Ut summam Dei Patris & Christi Serva-
toris nostri dilectionem agnoscamus, quod illi
proprio Filio non pepercit, hoc verò semetipsum pro no-
bi in mortem dedit.

II. Ut magnitudinem peccatorum agnosca-
mus, quem nisi morte ipsius Filii Dei expiari non potuer-
runt.

III. Ut liberati ex manibus omnium nostro-
rum hostium, Christo Regi nostro serviamus in san-
ctitate & iustitia omnibus diebus vita nostrae.

IV. Ue hac Dulcissima Consolatione, in omni-
objecta adversitate fruamur, quod apud Patrem no-
strum coelestem interpellare scimus nostrum Salvato-
rem, quem certum est à Patre semper exaudiri.

Quinam Errores hic fugiendi
sunt?

I. Calvinistarum, qui Christum non pro omnium
hominum peccatis mortuum esse docent. Quod Bara-
thrum est miserrime desperationis.

Theodorus Beza: In Colloq. Mompelgatt, ad
Thiefin 7, de Prædest. pag. 513, Prima Epist. Iohan. 2.
quod dicit Iohan. non pro nostris tantum, sed pro
peccatis totius Mundi facta est propitiation: de sola
universalitate Electorum & credentium intelligi-
tur.

Ibidem

Ibidem pag. 514. Et certè nobis intolerabilis vox vestra visa est, Christum esse mortuum pro damnatis.

Idem: Respoſt. ad Acta Colloq. Mompelgart. part. 2. pag. 216. Dictum 1. Johan. 2. (Ipſe eſt propria-
tatio non pro noſtriſ tantum, ſed pro totius mundi
peccatiſ) ad ſingulos ſine cuiusquam exceptione, ex
D. Andreæ commento accommodatum, tam impium
& blaſphemium eſt illud affirmare, quam dicere, da-
mari poſſe quemquam, cujuſ expiata per CHRISTUS
mortem ſint peccata, five pro quo Christus ſatisfec-
erit: five Christum pro aliquo ſatisfecifffe, qui bene-
ſificium ejus fide non ſit complexus, quod tamen adeo
præfracte & impudenter auſus eſt, diſertis verbiſ in-
culcare.

Hieronymus Zanchius: In Miscellan. An Remiſ-
ſio Peccatorum poſſit fieri irrita, Thes. 4. pagina 271.
Sanguis Christi, per quem ſolū imperatur Remiſ-
ſio non eſt Secundum Propoſitum Dei & Reipſa, pro
reprobis increauis effuſis: ſed tantum pro quibus-
dam multis, hoc eſt electis, & quidem pro omnibus
iſtis multis.

Idem, Miscellan. cap. 4. Quorum Advoca-
tus ſit Christus lib. 2. pag. 198. Christus eorum
eſt Advocatus tantum, quorum etiam eſt tan-
tum iλασμός. Johannes enim, quem dicit eſſe
Advocatum noſtrum, eundem ait eſſe, iλασ-
μὸν pro peccatiſ noſtriſ. Eſt autem Christus
iλασμός tantum pro electis, qui credunt aut
credituri ſunt in eum. Ergo coruim etiam eſt
tantum Advocatus. Eſſe v. Christū pro Electis
iλασμὸν pater Joh. 17. Non rogo pro mundo,
ſed pro iis, quos dediſti mihi. Pro quibus au-
tem tantum rogaui, pro ijsdem tantum mor-
tuus eſt. Ergo hic locus docet, Christum &
mortuum eſſe tantum pro Electis, & orasse. I-
deoq; & Advocatum eſſe tantum pro electis.

Idem, Ibidem: Paulò post p. 199. Proinde cum ait Johannes: Ipse est *ιακων* pro peccatis nostris, non pro nōstris a. tantum, sed pro peccatis totius mundi: Non mine mundi accipienda est potior pars mundi, id est, ipsi Electi, qui unquam fuerunt aut futuri sunt in mundo.

Idem, Ibidem p. 200. E. cūm ait Johannes: Pro peccatis totius Mundi, Intelligitē, pro peccatis Elec torum mundi. Quare cūm tantum pro Elec torum peccatis, *ιακων*, sit Christus, etiam Electorum tantum Advocatus est.

Autor des Guldens Kleinots/ so zur Ne wessat an der Hare gedruckt: An. 1595. pag. 20. vnd 21. Spricht jemand ferners: Was bedarf es aber dieses Unterschiedes? War ūmb bekennet iſhr nicht schlechts durch die Bahn hinweg/ wie Gegenthil / Christus sey für alle Menschen gestorben/ so hette der

i. Tim. 2. v. 6.
NB: Hec est manifesta corruptio Scripturæ sacre. Vide Eph. 5,25.
2. Joh. 1,2. meine Item Christus sey die Verföhnung für der ganzen Welt Sünde. *Vñ anderswo.* / die Ungeleugigen seyn noch unter dem Zorn Gottes / vñnd in den Stricken des Teuffels.

Joh. Pisc. Disp. de Predest. Th. 1. Et si ratio humana et jam in piis offenditur, & nonnulli quoq; Evangelicē Doctrina Professores valde tumultuantur, cum audiunt doceri Deū nō volle, ut singuli Homines salvi fiant, sed tantum aliqui: Item, Christū non esse mortuū pro singulis

gulis Hominibus, sed tantum pro aliquibus: Nos tamē
Utrumq; hoc, firmis rationibus freti affirmamus.

Thef. 3. Quoscumque Deus vult salvos fieri, pro ijs Hi duo So-
Christus mortuus est: Non a. pro singulis mortuus est li Syllogis-
Christus, sed tantum pro aliquibus. Nec igitur singu- mi: satis
los, salvos fieri vult Deus, sed tantum aliquos. desperatio-

Thef. 4. Et vicissim; pro quibuscumq; Christus mor- onis sup-
tuus est, eos Deus vult salvos fieri. Atqui non singulos, peditare,
sed tantum aliquos salvos fieri vult Deus. Nō igitur pro queant to-
singulis, sed tantum pro aliquib. mortuus est Christus. ti mundo.

Thef. 14. Nec singulos, sed tantum aliquos donavit
Christo. redimendos.

Thef. 15 Nec Christum singulis, sed tantum aliquibus
donavit Redemptorem, proq; ipsis in mortem dedit.

Thef. 18. Si Christus pro solis electis mortuus est,
non igitur est mortuus pro singulis Hominibus. Atqui
Christus, pro solis electis mortuus est. Non igitur
mortuus est pro singulis hominibus.

Thef. 109. Pro Reprobris nullo modo mortuus est
Christus, sive sufficienter dicas, sive efficaciter.

Amandus Polanus: In Sylloge Thesum Theologi-
carum Disp. de Morte Christi, pag. 259. Pro quibus
effusus est sanguis Christi in remissionem peccatorū,
ad eos pertinens utilitates mortis Christi. At pro so-
lis credentibus effusus est sanguis Christi in remissio-
nem peccatorum. Ergo, &c.

Georg Spindlers nötiger Bericht pag.
261. Darümb wann die Schrifft sage/ E h R J =
S E V S habe sein Leben gegeben/zur Erlösung
für viele/vnd habe vieler Sünde getragen. Item:
E R sey für alle gestorben: So wird solches al-
lein verstanden von dem Haussen deren/die er-
wehlet seyn/vnd in denen solch Leyden kräfftig
ist/weil sie es mit wahrem Glauben jhnen zueig-
nen.

Ibidem p. 263. Darümb erstreckt sich
Christi Verdienst nicht so fern/ als sich die Erb-
Schuld vnd der Schade erstreckt. Nicht das
3 v Christi

Christi Verdienst nicht so kräfftig seyn / das alle Menschen dadurch könnten erhalten werden/ dann sein Verdienst könnte seyn eine gnugsame Bezahlung für der ganzen Welt Sünde) Sondern daß ditz mächtige vnd kräfftige Verdienst Christi durch die Gnadenwahl vnd Göttliche Fürsehung zusammen gezogen ist / das es sich allein auff die Gläubigen vnd Außerwehlten erstrecket.

Ibid. pag. 264. Da irren sie abermahl / daß sie meinen/das Lößgelt sey erlegt / für aller vnd jeder Menschen Sünd.

Et pag. 477. Dann wie Gott allein die Außerwehlten gerecht macht / also ist Christus auch allein für sie gestorben.

Quibus omnibus planissimum est, Calvinianos Doctores Christi Passionem & Meritum nimis angustum contrahere, quod & impium est & pleuissimum desperationis. Cum n. ex illorum doctrinā nemo noverit, utrum absoluto Dei decreto (quod statuunt) ad Electionis gratiam, an verò ad exitium reprobationis, ab eterno destinatus sit: & jam amplius, Christum pro solis electis mortuum esse aperie doceant: nullus certe homo, utrum pro se Christus mortuus sit, scire poterit. Cum tamen eam ob causam potissimum damnentur impij, quod Christum pro se mortuam esse credere nolunt. Licet n. Peccatum omnes homines suā natura damnationi reddat obnoxios, quod per Mortem suam pro peccatis nostris & Totius Mundi Propitiatio factus sit, credamus. 1. Ioh. 2, 2,

Scholasticorum & Jesuitarum, qui Christum non secundum utramque, sed tantum secundum humanam Naturam Mediatoris officium exequuntur.

contentundunt : qua ratione totum Redemptionis Opus ex toto annihilatur & evanescatur. Nam nudi homini meritum , nudi hominis Passio & Mors , sine Divina virtutis verâ & reali communicatione , à peccatu ira DEI & condemnatione nos liberare non partitur.

Sic a. Lombard. lib. 3. Hist. 19. Unde & Mediator dicitur (Christus) secundum humanitatem , non secundum Divinitatem.

Idem tractat Bonavent. in 3 Sent. Dist. 19. quæst. ult. & Thomas de Aquino part. 3. q. 76. Item Rosarium Theol. part. 3. in voce Mediator.

Eadem est doctrina Iesuicarum. Sic enim habet Iohannes Busæus Disp. de Personâ Christi , Thes. 79. Nam Christum secundum humanitatem tantam esse Mediátorem , Sacerdotem & Advocatum perspicue ostendit (inquit Iesuita) Apostolus : Unus enim Deus , unus & Mediator DEI & hominum , Homo Christus Iesus , qui dedit Redemptionem semetipsum pro omnibus.

Et post pauca : Quia secundum Humanitatem tantum DEO obediuit , sacrificium obtulit , satisfecit , oravit , impetravit & meruit nobis beatitudinem & Sanctificationem , Deoque nos reconciliavit. Ha enim omnes actiones sunt subditorum & inferiorum.

Sed de veritate cœlesti , & de nudi humani meriti nullitate in Conscientia convictus Iesuita confessim addit .

Quanquam fatendum est , has Actiones vim illam & efficacitatem infinitam in expiando humani generis peccato habituras non fuisse , nisi à persona , quæ simul esset DEUS & Homo , profectæ fuisse.

Pontificiorum multiplicia & supervacanea additamenta , variarum superstitionum & operum , quibus perfectissimo Christi merito affingendū , non si ne blasphemia illud Imperfectionis coarguunt .

Concil.

III.

Concil. Trid. Sess. 6. c. 7. Justitiam in nobis recipimus; unusquisq; suam, secundum mensuram, quanta Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam eiusq; dispositionem & cooperacionem.

Ibidem c. 16. Atq; adeo bene-operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia Filiis Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces, ex ipsis Dei promissione, bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda.

Et ejusdem Sess. Canone 32. Si quis dixerit, hominis justificati bona opera, ita esse Dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita: aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo, per Dei gratiam & Iesu Christi meritum (cujus vivum membrum est) sunt, non verè mereri augmentum, gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consequtionem atq; etiam gloriæ augmentum, Anathema sit.

Doctor subtilis Ioan. Scotus in lib. 3. Sent. Dist. 19. Sed quamvis obstaculum (ne sc. opus habeamus transire in limbum, quem fixerunt) amoveatur, per passionem Christi, nullus tamen Actu ingreditur in celum, nisi cooperetur & utatur prima gratia, quam si bi meruit Christus. Similiter Patres cooperabantur Passioni Christi prævisæ ad habitualem ingressum, ut amoto obstaculo ingredi possent. Nos autem Passioni exhibitæ & amoto obstaculo, cooperamur ad aetualalem ingressum, nisi potentia excusat.

IV.

Cumperitis autem fugiendi sunt Errores Missæ Pontificie in qua Christum pro peccatis vivorum & mortuorum quotidie offerunt.

De quibus infra in loco de Cœna Domini.

III. LO-